LOGICA

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1457


12 S.

V. Egger : ex libris Saffarel.

MS. ~~n. 374~~ 1487

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1457

p. 225-6 - Le menteur,
Sophisme.





HANC EGO JOANNES FRANCISCUS MAILLÉE LOGICAM ACCEPI À DOMINO HUARD PPHiæ PROFESSORE.

ANNO DOMINI 1780.


BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

LONS
No 568 99




Tab. I
Arbor
Porphyrii
Ens
In Subsistens
In inhærens
Substantia
In Corpoream
In incorpoream
Corpus
In Animatum
In inanimatum
Viuens
In Sensitiuum
In insensitiuum
Animal
In Rationale
In irrationale.
Homo
Petrus Paulus
Diuiditur
Constituit
Repugnat
au Chinois





B.U.

Crevy ex.

Logica.

Tractatus philosophicus.

Multos reperire datur qui in philia laudem magnâ diffusione diserunt, quasi ipsam non satis commendet; hic nos brevitati consulentes praconio supersedemus, atque ad ipsam philiam celeriori pede excurrimus.

Dissertatio de philia prolegomenis.

Hanc dissertationem in quatuor distribuemus capita. primum exponet et evolvet voces in philia magis usitatas; secundum philia definitionem; tertium regulas veritatis; quartum objectum et divisionem philia.

Caput primum.

De Vocibus in Philia magis usitatis.

idea est prima mentis operatio aliquid concipientis absque affirmatione et negatione sic Geometra triangulum ut superficiem tribus lineis tres angulos constituentibus constantem nihil de eo affirmando vel negando.

Judicium est actus mentis pronunciantis de idearum convenientia vel disconvenientia. dua idea sunt menti presentes illas utras que legendo, earum convenientiam vel disconvenientiam si videam eas convenire statuo affirmative, et contrarium pronuncio si eadem sese excludant. hoc modo efformatur Judicium.

Ratiocinium est actus mentis unum Judicium ex alio vel ex pluribus aliis inferentis. vocatur etiam discursus quia mens ab uno ad aliud quasi discurrit ratiocinando. sic efformatur ratiocinium. ——

Duæ ideæ sunt mentis præsentes et earum habitudinem non clarè percipio. V.g. ideæ Dei et sancti ad tertiam recurro ideam perfectissimi Entis quàm duas alias comparo et si videam cùm tertio convenire medio, ex hinc infero eas inter se convenire. Quòd illud principium, (quæ sunt eadem uni tertio eadem sunt inter se), si contrà non conveniat cùm ideâ medià, altero dis conveniat, concludo eas inter se non convenire.

Terminus est vox prolata cùm intentione aliquid significandi.

Multiplex dicitur terminus, simplex, complexus, universalis, particularis, singularis et indefinitus.

Terminus simplex est ille qui rem simpliciter significat, ut homo.

Terminus complexus rem cùm aliquo adjuncto exhibet, ut homo probus.

Terminus universalis sumitur pro significandâ totâ collectione sub quo rum quibus competere potest, sic omnis homo.

4.

Terminus particularis designat indeterminatam subjectorum partem, qui bus tribuitur. sic aliquis homo.

Terminus singularis sonat aliquid singulare et determinatum. ut petrus.

Terminus indefinitus nullam sibi affixam habet singularitatis, particularitatis, universalitatis ve notam, ut reges, homines.

propositio est oratio exprimens judicium sive enuncians habitudinem duorum terminorum inter se. sic Deus est amandus, enunciat habitudinem Deum inter et amandum.

5o. Disquemus in omni ꝓpõne, subjectum, attributum et copula.

subjectum ꝓpõnis est id de quo aliquid enunciatur, ut Deus in ꝓpõne superius allatã

attributum ꝓpõnis est terminus qui alicui adjungitur subjecto, ut amandus gradiatur ꝓpõnis.

Copula est vox designans habitudinem subjecti inter et attributum, sic verbum Est in exemplo gradicto.

Propositio alia affirmantes sunt, alia negantes. Propones affirmantes sunt quando attributum jungitur subjecto, et negantes quando ab eo segregatur.

Ex propositionibus alia sunt universales, alia particulares, singulares et indefinitæ.

Propo universalis est illa cujus subjectum est universale, et sic de cæteris.

Propo indefinita plerumque refertur ad universalem.

Argumentatio est propositionum series quarum una infertur ex una vel ex pluribus aliis. Duplicem hic tantum argumentationis speciem exponemus, sillogismum et enthymema, tum quia illa ferè solùm in concertationibus scholicis adhibentur, tum quia ad ea varia argumentationis species facilè reduci possunt.

Enthymema est argumentatio constans ex duabus propositionibus quarum posterior deducitur ex priore. Prior propo vocatur antecedens, posterior verò consequens.

Sillogismus est oratio demonstrans habitudinem duorum terminorum inter se et eorum habitudinem cum tertio termino,

6. Tres ergò sunt termini in syllogismo, quorum unus dicitur majus extremum, et est attributum conclusionis, alius dicitur minus extremum, et est subjectum conclusionis. medius terminus est mensura communis majori et minori extremo, et assumitur ad probandum ea convenire, vel non convenire inter se; unde manifestum est ipsum nunquam ingredi conclusionem; quia duo extrema conjuncta aut separata possis enunciat. Sit in exemplum iste syllogismus.

Omnis homo est rationalis.
Atqui Petrus est homo;
ergò Petrus est rationalis.

VOX rationalis est majus extremum, Petrus est minus extremum, et homo est medius terminus. ipso enim mediante dijudicatur habitudo terminorum conclusionis.

Tres sunt etiam in syllogismo propositiones prima dicitur major à majori extremo quod continet, secunda minor à minori, tertia conclusio quæ conjicitur majus

et minus extremum: consequens multùm
à consequentiâ discrepat; ipsum enim est
conclusio in se ipsâ considerata; è contrà
consequentia est eadem ipsa quatenus ex præ-
missis deducta; unde consequens potest esse verum
et consequentia falsa; et vicissim versâ vice sint
hæc exempla:

{ omnis substantia est spiritualis:
{ atqui globus plumbeus est substantia;
{ ergò est spiritualis.

Consequens falsum est, globus enim spiritua-
lis et plumbeus repugnat; consequentia est
vera si enim concesseris omnem substan-
tiam esse spiritualem, et globum plumbeum
esse substantiam, concedas necesse est
globum plumbeum esse spiritualem.

Ut hoc syllogismo

{ omnis homo est animal:
{ atqui petrus est animal;
{ ergò petrus est homo.

consequens verum est et consequentia falsa:
verum est enim petrum esse hominem, sed
non ea ex eo quòd sit animal, et omnis homo
sit animal. hæc satis de syllogismo, cujus

regulas in fine Logicæ trademus. disputandi Leges viva voce explicabimus propter tempus semper brevius ad complendum cursum philosophicum.

Caput 2um.

De philosophiæ definitione.

Definitio duplex, alia nominis, alia rei prior ut oratio explicans vim et energiam nominis, sic astronomia juxta nominis etimon idem sonat ac norma astrorum: posterior ut oratio explicans essentiam rei.

Duplex autem ut rei essentia methaphisica et phisica: essentia rei phis methaphisica ut id quod primum concipitur in re et ex quo scaturiunt omnes ejus proprietates. essentia phisica ut rei existentia.

Definitio rei ut veram et accuratam objecti notionem exhibeat, quasdam exigit conditiones. 1o. ut sit clara, id ut nullum contineat terminum obscurum aut ambiguum. 2o. ut sit brevis, id ut nulla voces redundent. 3o. constet genere proximo, id ut exprimatur vocibus per quas res definita convenit cum aliis rebus

sed paucioribus. 4o. ut exprimat differentiam specificam, qua rem definitam à qualibet aliâ secernat. 5o. ut conveniat omni definito, idest omni speciei rei definitæ.

philosophia quoad nomen considerata est amor sapientiæ: quod nomen huic scientiæ pithagoras modestiâ causâ primus imposuit. his positis sit.

ppoō 1ª.

philosophia quoad rem ipsam considerata recte definitur completio omnium veritatum naturali lumine comparabilium.

pbr. illa definitio est accurata quæ omnibus conditionibus legitimæ definitionis: atqui nostra definitio omnibus conditionibus legitimæ definitionis. conditiones enim illæ sunt ut sit clara, brevis, constet genere proximo, differentiâ specificâ, omni que convenial definito: atqui nostra definitio his omnibus pollet conditionibus; ac primò quidem est clara; nulli enim sunt termini obscuri aut ambigui.

2o. est brevis, nulla enim in eâ reperiuntur voces superfluæ.

3o. constat genere proximo; ille enim constat

genere proximo, quia exprimitur vocibus per quas convenit cùm aliis disciplinis sed paucioribus: atqui nostra definitio exprimitur vocibus per quas convenit cùm aliis disciplinis sed paucioribus, convenit enim cùm Theologiâ sacrâ, quia est etiam complexio omnium veritatum.

4°. nostra definitio constat differentiâ specificâ; illa enim constat differentiâ specifica quæ assignat id per quod discrepat ab omni aliâ disciplinâ: atqui nostra definitio assignat id per quod discrepat ab omni aliâ disciplinâ; assignat enim has voces (naturali Lumine comparabilium): atqui illæ voces sunt id per quod discrepat Ethica ab omni aliâ disciplinâ: illæ enim voces Ethicam secernunt à qualibet aliâ disciplinâ, à Theologiâ scilicet quæ acquiritur Lumine supernaturali.

5°. convenit nostra definitio omni definito, illa enim convenit omni definito, si nulla est Ethica pars quæ non completatur veritatis naturali Lumine comparabiles: atqui nulla est Ethica pars, quæ non completatur veritatis naturali Lumine comparabiles; ergò nostra

definitio convenit omni definito; ergò nostra definitio foller omnibus conditionibus accurata definitionis; ergò ~~Ophia~~ quo ad rem ipsam considerata merito definitur completio omnium veritatum naturali lumine comparabilium.

Solvũr obnes.

obiũ nostra definitio non constat differentiâ specificâ; ergò malè posita nostra thesis.

rõ N. ant. constat enim his vocibus (lumine naturali comparabilium) atqui illa voces sunt differentia specificâ ut patet.

insbiũ nostra definitio confundit Theologiam cum Ophiâ; ergò non constat differentiâ specificâ.

rõ N. antẽ Ophia enim comparatur lumine naturali, dum Theologia supernaturali acquiritur lumine; ergò constat differentiâ specificâ.

insbiũ. Theologia acquiritur lumine naturali; ergò nulla distinctio.

rõ Dist ant Theologia naturalis — concedo ant, supernaturalis nego ant et consq Theologia naturalis versatur circà res —

naturali lumine comparabiles, v.g. circà Dei existentiam et ejus attributa, ea quæ est pars Physicæ. Sed Theologia supernaturalis versatur tantùm circà res medio supernaturali cognoscibiles, nempè revelatione; ꝯo &c.

Obīs 2o. nostra definitio non completitur artes mechanicas; ergò non completitur omnes veritates naturales.

Rō N. ant illa enim completitur artes mechanicas ad quam certitudo principiorum in quibus fundantur et regularum juxtà quas exerceri debent ut referenda: atqui ad Physicam certitudo principiorum in quibus fundantur artes mechanicæ, et regularum juxtà quas exerceri debent ut referenda; ꝯo

Insbīs. artes mechanicæ dedecent Physicum ergò nostra definitio non completitur artes mechanicas.

Rō Dist ant quoad exercitium tsto, quoad Theoriam nego ant et consq.

Rursùs Si artes mechanicæ dedecerent Physicum quoad exercitium, ipsi quoad Theoriam convenirent; Theoria enim est cognitio principiorum et regularum juxtà quas exerceri debent: atqui hæc cognitio est Physicæ; ergò

artes mechanica non dedecent Philum ejus ad Theoriam.

Dixi Transeat ad primam antecedentis partem, potest enim absolutè negari; praxis enim artium mechanicarum nullatenus est indigna Phō.

Obles Dō comptatio omnium veritatum naturali lumine comparabilium est impossibilis; ergò falsa nostra definitio.

Rō Dist ant est impossibilis physicè, transeat ants, metha physicè nego ants et consq

itaque res aliqua potest dici impossibilis duobus modis, physicè et metha physicè. res est physicè impossibilis, quandò nullum est subjectum capax recipiendi eam vel comparandi. res est metha physicè impossibilis quandò ejus conceptus involvit contradictionem.

fateor Philum esse physicè impossibilem in homine; nullum enim est subjectum inter homines capax illam recipiendi vel comparandi; mens enim hominum angustiis ribus est circumscripta limitibus quàm ut totam comptationem veritatum naturalium comprehendat; sed non est impossi-

bilis metha physicè; nullam enim involv
contradictionem; veritas quippe non oppo
tus veritati

in 5bis Phia debet definiri qualis req
ritur in homine; ergò &c.

Neg Ant nulla res debet definiri p
existentiam sed per essentiam: definitio
enim est oratio explicans essentiam rei; ergo

in 5bis. ea tua responsione sequeretur
neminem posse comparare Phiam falsum
cons ergò et ants.

Neg Dist ant sequeretur neminem
posse comparare Phiam adequatam, concd
ants, inadequatam nego ants et cons; m
vera: Justa nostram responsionem nemo
potest comparare Phiam adequatam,
cùm essentia Phiæ sit completio omnium
veritatum naturalium; sed aliquis in-
adequatam Phiam potest attingere;
potest enim aliquas adipisci veritates
naturali lumine; ergò &c.

Caput 3um:

De regulis veritatis.

Pro variâ veritatum sperè comprobandâ ex diverso fonte hauriendâ sunt momenta, quæ sunt totidem regulæ veritatis quo omnium 1o inquiremus quotuplici viâ generatim omnis cognitio acquiri potest.

Quæstio 1a:

Quotuplici viâ generatim omnis cognitio haberi potest.

Cognitiones aliæ acquiruntur solo mentis lumine, quales sunt cognitiones essentiæ rerum, et earum proprietatum essentialium, quæ in ideis rerum per se sumptis deprehenduntur et vocantur cognitiones juris seu rationis. aliæ dicuntur historicæ, quæ sensuum testimonio nituntur, sic cognitio existentiæ corporum, figuræ, motûs. aliæ sunt cognitiones morales quæ spectant mores hominum, aliæ sunt supernaturales quæ superant mentis humanæ captum, et authoritate revelante cognoscuntur.

ppõõ.

Duplici tantùm viâ generatim omnis cognitio haberi potest, rationis scilicet & factorum viâ.

ppõ duplici tantùm viâ generatim omnis cognitio haberi potest, si omnes cognitiones quarum homo capax est, vel rationis vel factorum viâ acquirantur: atqui omnes illæ cognitiones viâ rationis aut factorum viâ acquiruntur. 1o. cognitiones methaphisicæ acquiruntur viâ rationis; essentia enim rerum & earum proprietates essentiales videntur in rerum ideis: atqui quod videtur in rerum ideis acquiritur viâ rationis; ergò 1õ cognitiones methaphisicæ acquiruntur viâ rationis.

2o. Cognitiones phisicæ, morales & supernaturales acquiruntur viâ factorum + excepta Lege naturali; illarum enim certitudo pendet ab auctoritate Testimonii; ideo enim certus sum caistere corpora, quia sensus sunt certi idonei; ideo certus sum filium in trinitate esse consubstantialem patri, quia infalli

biler est auctoritatis revelantis testimonium
ideo certus sum die Veneris abstinendum
à carnium manducatione, quia Ecclesia
sic illud decrevit; ergò cognitiones physica,
morales et supernaturales acquiruntur viâ
factorum; ergò omnes omninò cognitiones
acquiruntur viâ rationis vel viâ facto
rum; ergò duplici tantùm viâ &c.

Obis 1.o in nostrâ Thesi deberet fieri
mentio cognitionum mathematicarum; ergo &

Rõ ex N. ants. illa enim vel referun
tur ad viam rationis vel ad viam facto
rum

Obis 2.o res supernaturales solâ
ratione cognoscuntur; ergò non referun
tur ad viam factorum

Rõ ex N. ants res supernaturales sunt
supra mentis captum; ergò non cognoscun
tur viâ rationis.

Inobis. auctoritas revelans cognos.
citur solâ rationis viâ; ergò à fari res
revelata

Rõ ex N. ants auctoritas revelans
cognoscitur per signa suæ missionis et soles
tatis demonstrativa: atqui illa signa

cognoscuntur viâ factorum, ergò auctoritas revelans cognoscitur viâ factorum.

Quæstio 2ª

Quænam sit regula veritatis pro qualibet cognitionis specie.

Regula veritatis est 1º medium infallibile dignoscendi verum à falso. 2º est notissimum et perspicuum. 3º est ultima ratio assensi solita cur rem esse talem quis asserat. Triplex est certitudo, metaphysica, physica et moralis. Certitudo metaphysica est securitas mentis tanta ut non possimus falli sine contradictione. Certitudo physica est securitas mentis tanta ut non possimus falli stante ordine naturali. Certitudo moralis est securitas mentis tanta ut non possimus in errorem incidere nisi invertantur consueti hominum mores.

articulus 1us.

De regulâ veritatis in cognitionibus juris adhibendâ.

Evidentia Triplex dis̄guitur, objecti, subjecti et motivi.

Evidentia objecti est ea pars veritatis quas cognoscimus, et est habitudo objecti quæ percipitur in se considerata.

Evidentia subjecti ea est, quæ residet in subjecto clarè percipiente habitudinem idearum.

Evidentia motivi est perceptio connexionis infallibilis inter motivum extrinsecum et veritatem ꝓpō̄nis; sic evidentiâ motivi creditur sum deum esse trinum in personis, quia testimonium dei revelantis est infallibiliter connexum cùm veritate trinitatis.

Evidentia alia est immediata, alia mediata. Evidentia immediata est operatio mentis aliquod percipientis objectum absque ullo medio. Evidentia mediata est perceptio habitudinis inter ideas ope idea mediæ hæc utraque dicitur evidentia formalis.

Observandum est nihil esse clarius — nihil notius Evidentia, undè ritè non potest definiri, probari et impugnari his positis sit:

ℙ$\overline{\text{oo}}$ 1ae.

Datur evidentia formalis tum immediata tum mediata.

Explicatur prima pars. evidentia formalis immediata est clara habitudinis inter ideas perceptio absque ullo medio: atqui datur ejus modi perceptio; si ex solâ terminorum expositione clarè percipio habitudinem inaequalitatis inter totum et partem; ergò datur evidentia formalis immediata.

Explicatur secunda pars Evidentia formalis mediata est clara perceptio habitudinis inter ideas ope ideæ mediæ: atqui datur ista perceptio. si clarè percipio habitudinem inter ideas dei et justi ope ideæ mediæ Entis infinitè perfecti; ergò datur evidentia formalis mediata; ergò &c.

ℙ$\overline{\text{oo}}$ 2a

Evidentia formalis parit certitudinem methaphisicam in judiciis quæ feruntur de rerum essentiis seu de rebus ut sunt in se

ℙb$\overline{\text{r}}$ Certitudo methaphisica est securitas mentis tanta ut non possimus falli sine

manifestâ contradictione: atqui evidentia formalis parit ejus modi certitudinem: ad hoc enim satis est si res sunt infallibiliter tales in se ipsis quales ope evidentiæ formalis percipiuntur: atqui res sunt infallibiliter tales in se ipsis quales percipiuntur ope evidentiæ formalis; illa enim sunt infallibiliter tales in se ipsis, quales ope evidentiæ formalis percipiuntur, quæ non possunt ope aliter sine manifestâ contradictione: atqui res quæ percipiuntur ope evidentiæ formalis non possunt ope aliter ac percipiuntur sine manifestâ contradictione; manifesta enim verò esset contradictio, quandò res eadem esset simul et non esset: atqui si res quæ percipiuntur ope evidentiæ formalis essent aliter ac percipiuntur, res eadem esset simul et non esset: 1o. res non esset, ex hypothesi foret aliter. 2o. res esset, quia percipieretur, et non percipitur nisi quod est; ergò si res quæ percipiuntur ope evidentiæ formalis essent aliter in se ipsis ac percipiuntur, res eadem esset simul et non esset; ergò manifesta

esse contradictio; ergò res quæ percipiuntur
ope evidentiæ formalis non possunt esse
aliter in se ipsis ac percipiuntur sine ma-
nifestâ contradictione; ergò res sunt in-
allibiliter tales in se ipsis ac percipiuntur
ope evidentiæ formalis; ergò Evidentia for-
malis parit tantam mentis securitatem
ut non possimus falli sine manifestâ
contradictione; ergò Evidentia formalis &c.

Prõõ 2da.

Evidentia formalis est regula Veritatis
in Judiciis quæ feruntur de rerum essentiis
et earum proprietatibus essentialibus.

Prõ. ad regulam veritatis tres requiruntur
conditiones, scilicet ut sit medium infalli-
bile discernendi Verum a falso, ut sit no-
tissimum et perspicuum, ut sit ultima ra-
tio assensûs solita cur rem esse talem
asseramus: atqui his tribus polleat condi-
tionibus Evidentia formalis.

1õ Evidentia formalis est medium infal-
libile discernendi verum a falso: illa
enim est medium infallibile discernendi

verum à falso qua parit Certitudinem metaphisicam in Judiciis qua feruntur de rebus ut sunt in se: atqui Evidentia formalis parit Certitudinem metaphisicam in Judiciis qua feruntur de rebus ut sunt in se; ut patet ex exposito; ergò 1o. Evidentia formalis est medium infallibile secernendi verum a falso.

2o. Evidentia formalis est perspicua et notissima; illa enim est notissima et perspicua, qua sese immediatè manifestat: atqui Evidentia formalis sese immediatè manifestat.

Q60 min illa enim evidentia sese immediatè manifestat qua mentem intimè afficit: atqui Evidentia formalis mentem intimè afficit.

Q60 min Evidentia est modificatio mentis, si quidem est perceptio habitudinis inter ideas vel Judicia; ergò Evidentia formalis mentem intimè afficit; ergò evidentia formalis sese immediatè manifestat; ergò 2o evidentia formalis est notissima et perspicua:

3o. Evidentia formalis est ultima ratio

apperi solita cur rem esse talem opera-
mus: si enim ex nobis quaratur cur certi
simus circulum esse rotundum, totum es-
majus sua parte, ultimo respondemus,
quia evidenter percipimus veritatem illarum
propositionum; ergo evidentia tribus pollet condi-
tionibus, quas exigit regula Veritatis; ergo
Evidentia formalis est regula veritatis Re-

Solv. obnes.

obiet 1o. contra primam Thesim: Evidentia
potest in dubium revocari; ergo non est
regula veritatis.

reo Dist ants malâ fide, concedo, bonâ
fide, nego ants et consqm
reverâ evidentia potest in dubium revoca-
ri malâ fide sicut alia quacumque
veritas; sed non potest in dubium revocari
bonâ fide; quis enim bona fide dubitet
his binis dare quatuor, idem non posse esse
simul et non esse; ergo Evidentia formalis
non potest in dubium revocari bonâ fide
instis evidentia non probatur; ergo etiam
bonâ fide potest in dubium revocari

reō er. consqm — evidentia sese immediate manifestat; ergò licet non probetur non potest in dubium revocari bonâ fide.

obiēs 2ª Evidentia non habet caracteres proprios; ergò potest in dubium revocari.

reō A. ants illi enim caracteres sunt illuminatio, persuasio, raptus mentis ad assensum: atqui illi caracteres sunt evidentia propria; ergò evidentia habet caracteres proprios.

insbō. Laudati caracteres conveniunt erroni; ergò evidentia non habet caracteres proprios.

reō er. ants error excaecat mentem nedum illuminet, vitatur, nedum rapiat ad assensum, ab eo sana mens abhorret, nedum ei persuadeat; ergò Laudati caracteres non conveniunt erroni

obiēs 3ª. evidentia non est notissima; ergò non est regula veritatis.

pbr ants non sumus certi adesse evidentiam; ergò evidentia non est notissima.

reō er. ants ad ejus probationem nego pariter ants; evidentia vividum sui in animâ sensum excitat; ergò evidentia

et notissima; ergò sumus certi de evid
entiam.

inᵇᵒ non sumus certi de attentione
mentis; ergò non sumus certi de evid
entiam.

reō ex. antē attentio ut matura ob̄ect
consideratio, qua per sensum intimum
innotescit; ergò sumus certi de attentione
mentis.

inᵇᵒ. non sumus certi de vigiliâ nostra
ergò nec de attentione mentis.

reō ex. antē vigilia ut expedita facultas
pensandi ob̄ecta et ob̄ectorum res gestas
ergò sumus certi per sensum intimum &c
ergò &c

obᵒ 4º. mens est fallibilis presente evid
entiâ; ergò &c

p̄bʳ antē mens est fallibilis in omnibus
ergò et presente evidentiâ.

reō ex. antē probationis. mens Judicando
ex evidentiâ Judicat solummodo verum;
ergò mens non est fallibilis in omnibus.

p̄bō antē mens Judicando ex evidentiâ
non Judicat nisi quod percipit: atqui non

percipit nisi verum; non percipit enim nisi quod est; ergò mens judicando ex vid contra judicat solummodò verum.

insbis 1o. mens semper est finita in omnibus, ergò est fallibilis in omnibus.

reò ex. consqm Licet enim mens semper sit finita in omnibus, non indè sequitur quod nullam veritatem certò possit attingere; sed tantùm illam non posse introspicere rerum veritatem modo infinito.

insbis 2o. ex eo quod Deus sit infinitus in omnibus, indè sequitur ipsum esse infallibilem in omnibus, ergò è contrario ex eo quod mens humana sit finita in omnibus sequitur ipsam esse fallibilem in omnibus.

reò ex. consqm et paritatem = disparitas est quod infinitum in omnibus importat scientiam infinitam, et è contrà finitudo in omnibus non arguit ignorantiam omnimodam, sed tantùm cognoscendi modum finitum in omnibus.

insbis 3o. omnis cognitio nititur motivo fallibili, ergò &c.

reõ cr. antẽ præter rationes allatas;

instãs 4º. omnis cognitio nititur sensibus; — ergò nititur motivo fallibili.

reõ cr. antẽ mens distinguit justitiam ab injustitia; atqui illa distinctio non nititur sensibus; ergò omnis cognitio non nititur sensibus.

instãs 5º. nihil est in intellectu quod priùs non fuerit in sensu; ergò omnis cognitio nititur sensibus.

reõ cr. antẽ est enim verò aliquid in intellectu quod prius non fuit in sensu, idea scilicet animæ facultatum: illa enim idea prius est in intellectu quàm fuit in sensu, quia non oritur à sensibus: atqui illa idea non oritur à sensibus; ergò illa idea prius non fuit in sensu quàm in intellectu; ergò De

obiãs 5º. mens potest apprehendere evidentiam apparentem pro evidentiâ veræ; ergò Ri

reõ Dist. antẽ mens potest apprehendere evidentiam apparentem pro evidentiâ —

verâ. Si non maturè attendat, concedo antè; sed si maturè attendat potest assumere evidentiam apparentem pro evidentiâ verâ nego antè et consqn.

reverà si mens non maturè attendat potest assumere evidentiam apparentem pro evidentiâ verâ; sed si maturè attendat non potest assumere evidentiam apparentem pro evidentiâ verâ; maturè enim attendendo non judicabit adesse evidentiam, nisi quandò vividam ejus illuminationem experietur; ergò &c.

instiâ. quidam homines asserunt se maturè attendere, et tamen errant; ergò homo etiam maturè attendens potest assumere evidentiam apparentem pro evidentiâ verâ.

rêo vel illi homines judicant de primis principijs vel de conclusionibus remotis. Si prius, nullam fidem merentur dum asserunt se maturè attendere; si posterius non satis attendunt ad habitudinem conclusionum cum principijs.

instiâ evidentia potest convenire falso; ergò &c.

30.

reo Dist. videri aliquod potest esse evidenter falsum, concedo ante, videri aliquid verum in se potest esse evidenter falsum nego ante et consqn

articulus 2us.

De regulis veritatis in cognitionibus factorum adhibendis.

circà quadruplex objectum versari potest via factorum. 1o. circà res internas, 2o. circà res sensibiles, 3o. circà res à sensibus remotas, 4o. circà res supernaturales.

Sectio 1a.

De regulâ veritatis adhibendâ in rerum cognitione quæ geruntur intrà nos.

per res quæ geruntur intrà nos intelligimus internas animæ affectiones quas experimur, ut dolorem, gaudium.

in isto judicio (doleo in præd.) tria sunt accurate discernenda; nempè istud judicium (ego doleo) ortum ex intimo

Doloris sensu; 2o hoc judicium (dolor quem sentio est in pede), quod falsum est, cùm pes non habeat vim sentiendi, et certum istud judicium (dolor quem sentio oritur ex commotione factâ in pede; quod potest esse falsum.

Sensus intimus et animæ affectio sui sensum faciens in animâ, et testatur solummodò præsentia non verò præterita.

§ Qõ 10ã

Sensus intimus parit certitudinem methaphisicam de iis quæ geruntur intra nos.

§ Cõ ratio ità est si sensûs intimi testimonio non potest subesse error sine manifestâ contradictione: atqui sensûs intimi testimonio non potest subesse error sine manifestâ contradictione; si enim sensûs intimi testimonio fallor v. g. si fallor in hoc judicio (ego doleo) res eadem esset simul et non esset, dolerem simul et non dolerem; 1õ dolerem; experior enim sensum doloris, qui sensus est ipsemet dolor se se manifestans in animâ: 2o. non dolerem, cùm fallor ex hipothesi in hoc judicio

92.

(ego doleo) ergò si fallor in hoc Judicio, Ego doleo, dolerem simul et non dolerem; ergò manifesta foret contradictio; ergò sensûs intimi testimonio non foret subesse error sine manifestâ contradictione; ergò sensus intimus parit &c.

§ põo 2a.

Sensus intimus est regula veritatis in Judiciis quæ feruntur de animæ affectionibus.

§ 6r. illud est regula veritatis quod est medium infallibile dignõndi verum à falso, — notissimum, et ultima ratio asserri solita cur res ità sit: atqui sensus intimus in Judiciis quæ feruntur de animæ affectionibus has omnes sibi vindicat conditiones.

1o. est medium infallibile dignõndi verum à falso; patet enim certitudinem multa physicam in Judiciis quæ feruntur de animæ affectionibus; ergò 1o. &c.

2o. est notissima regula sensus intimus: nihil enim nobis notius est eo quod

in animâ Sese intimè ~~dictat~~ manifes
tat: atqui Sensus intimus Seu conscientia
Sese intimè manifestat; ergò 2o. Ve.
3o. Sensus intimus est ultima ratio asseri
solita cur res ità sit. Si enim quoras à
me cur certus sim de isto Judicio (ego
doleo) nihil aliud respondere potero prater
quàm quòd doloris Sensum Experior; ergò 3o.

Solv. obnes.

Obnes 1o. conscientia potest nos fallere in
isto Judicio (doleo in pede) ergò Ve.
neo ct. Suppositum antè: Supponit Scili
cet conscientiam referre alia quàm ea
quæ geruntur intrà nos: atqui illud Sup
ponere est Suppositum falsum; ergò Ve.
ins bis conscientia potest nos fallere in
isto Judicio (ego vigilo) ~~obr~~ conscientia
aliquandò testatur nos vigilare dum dormi
mus; ergò Ve.
neo Dist antè nos vigilare quoad animam
dum dormimus quoad corpus, concedo antè,
nos vigilare quoad animam dum dormimus
quoad animam neg antè et cons ~~ppm~~.

Vigilia duplex, animæ et corporis. Vigilia animæ quæ dicitur interna et expedita facultas objecta considerandi. Vigilia corporis quæ dicitur externa et corporis Libertas ad functiones suas obeundas.

Verè conscientia aliquando testatur nos vigilare quoad animam dum dormimus quoad corpus, ut experiuntur somniantes; sed non testatur nos vigilare quoad animam dum dormimus quoad animam; potrò ut conscientia nos fallaret deberet testari nos vigilare quoad animam, dum eadem dormit anima, quod repugnat; cùm sensus vigiliæ sit vigilia sese manifestans; Licet enim corpus dormiat non indè sequitur quòd conscientia nos fallat, quia nihil testatur de corpore insto Quæ tà hanc rationem homines non deluderentur in somniis: falsum consequò et antè.

2do Dist maj si cudiarent tantùm de intimis animæ affectionibus, non deluderentur in somniis, concedo majorem

si quidarent de internis animæ affectionibus, nego majorem, et distinctè minore nego consequ.

reverà homines non deluderentur in somniis si judicarent tantùm de internis animæ affectionibus; sed deluderentur homines judicando de externis animæ affectionibus, — qui error in sensum intimum non esset refundendus; testatur enim duntaxat internas animæ affectiones.

Obiis 2o. non certi sumus methaphisicè nos respondere; ergò non sumus certi &c.

reo ex. antè nam responsio interna est intimè presens animæ: atqui certi sumus methaphisicè de eo quod intimè presens est animæ; ergò &c.

Sectio 2a.

De regulâ veritatis rerum sensibilium.

Nota 1o. illud esse discrimen inter sensum intimum et sensationes quod sensus intimus dicitur rerum quæ spectant animum (le Coeur) et non habent objecta

externa; dum sensationes dicuntur rerum quia cadunt sub sensus et habent objecta externa.

2°. Sensus quinque distinguuntur, et sunt omnibus notissimi. Horum quisque habet proprium objectum: visus versatur circà colorata, auditus circà sonora, gustus circà sapora, odoratus circà odora, tactus circà tactilia. Sensus illi dicuntur externi, tum quia illorum organa sunt externa, tum ut distinguantur à sensu intimo.

3°. Quatà unionis Leges animæ cum corpore, animam inter et sensus externos perpetuum vigent commercium, scilicet aliorum corporum impressiones recipiunt sensus, et illas ad animam transmittunt, nisi forte vitiata sint eorum organa impressiones. Facta in organo sensuum et ad animam usque transmissa sunt id quod appellamus sensationes.

4°. Auctor naturæ animam inter et corpus eam instituit unionem, ut illa

hujus conservationi facilius ac certius invigilaret; nimirum aqe sensuum, qua sunt corpori noxia vel utilia subitò docetur anima: in iis enim omnibus ratio foret lentior et segnior. hanc sensus celerrimè anteverterunt, ut videre est in infantibus in amentibus et etiam in sapientibus, tota igitur sensuum destinatio eo redigitur, ut certò attendatur actualem corporum et qualitatum sensibilium existentiam.

5°. in corporibus qualitates duplicis generis disquirentur, absoluta et relativæ. qualitates absolutæ sunt illæ quæ sunt in corporibus independenter à sensibus nostris, sive quæ ad ipsam corporum naturam pertinent, ut extensio, divisibilitas. qualitates relativæ sunt illæ quas corpora tantisper sensibus nobis habere videntur, sive habeant ipsas reipsâ, sive non; talis ut sed vel illa figura, hal vel illa magnitudo, hinc patet

per sensus ut plurimum judicari non posse de figurâ, et magnitudine absolutâ corporum, sed de relativâ tantùm.

6o. Existere in nobis inclinationem invincibilem ad judicandum existere corpora; eamque operari in omnibus hominibus, omnibus temporibus, omnibus in locis, veritate non fuisse alteratam, nec temporis decursu corroboratam, proindeque meritò censendam esse Legem auctoris naturæ.

7o. Ex dictis patet sensuum testimonium parere aliquam certitudinem, proindeque ex illo posse tuto judicari de rerum corporearum existentiâ: sed quianam sint conditiones ut sensus dicantur recte dispositi. Tres assignamus conditiones, ut relatio sensuum sit constans, unanimis, et non adversetur ratio. Fallit nos relatio visûs, defectu primæ conditionis, dum testatur turrim quadratam eminùs visam esse rotundam. Sensus dicun-

tur unanimes quandò sibi ipsis non sunt adversi: hujus conditionis defectu legitimo non ex sensuum relatio quæ nobis testatur, in tabellâ quadam exp. quæ promineant, manus enim detegit omnia exp. plana: sortis conditionis defectu fallimur judicando baculum aquis immersum exp. fractum quâ parte aquam tangit, judicando solem habere diametrum unius pedis. harum conditionum præsentia innotescit sensu intimo.

8°. Corpora exp. considerari vel in genere vel in particulari: corpora considerantur in genere, quandò spectantur ut existentia abstrahendo à proprietatibus peculiaribus. corpora considerantur in particulari quandò attenditur ad diversas eorum proprietates.

9°. mirum fortasse vobis accidit quòd tantâ curâ tanto que apparatu de relatione sensuum disputare aggrediamur, sed advertite 1°. nobis non satis exp. de corporum existentiâ persuasionem

habere quam habet vulgus absque ullo ratiocinio. Sed à nobis requiri Certitudinem physicam quia sua Lucem mentem rapiat ad assensum 2°. diffusiori modo quæ tractari hanc quæstionem, cùm nostris istis temporibus orti sunt homines nonnulli dicti immaterialistæ, qui vanis corporum apparentiis nos perpetuo deludi docuerunt. Quatà unum ex istis nihil existit præter Deum, intelligentias finitas et ideas. illæ ideæ sunt in Deo, percipiuntur à mentibus finitis, variaque exhibent phænomena quæ materiæ solemus adscribere: concludit res sensibiles non esse naturales quia percipi possunt immediate ab intellectu: nihil esse immediatè ab intellectu percipi potest præter ideas. hanc opinionem ex professo propugnavit Dominus Berkley. quodammodo viam præparaverant Clarissimi duo ex nostrâ gente metaphysici; Malebranchius nempè qui in suâ

veritatis inquisitione sensuum testi-
monii certitudinem vaspim infirmare
conatus est, neu non et Dominus De-
Cordemoitz qui corporum existentiam
fide solâ probandam esse putavit. his
positis sint.

88 P.ō 1a.

Legitimum sensuum testimonium
parit certitudinem physicam circà exis
tentiam corporum in particulari.

88 Cr Certitudo physica et securitas —
mentis tanta ut non possimus falli
nisi invertatur aliqua natura Lex.
atqui hanc ejusmodi securitatem gene
rat Legitimum [illegible] sensuum testi-
monium circà existentiam corporum
in particulari: inclinatione enim
insuperabili ferimur non tantùm ad
judicandum existere corpora quæcum
que illa sint, sed etiam hoc vel illud
corpus, et illa inclinatio est natura
Lex, reperitur enim in omnibus —

hominibus, omnibus in Locis, omnibus temporibus, eâdem vetustate non corroboratâ, nec decursu temporis attentâ: atqui si fallaremur circà existentiam corporum in particulari, violaretur illa inclinatio; ergò violaretur natura Lex; ergò Legitimum Sensuum testimonium circà existentiam corporum in particulari tantam parit mentis Securitatem ut non possimus falli quin invertatur aliqua natura Lex; Sed hæc mentis Securitas est certitudo physica; ergò Legitimum Sensuum testimonium parit &c.

Propõ 2a.

Legitimum Sensuum testimonium parit certitudinem meræ physicam circà existentiam corporum in genere.

Pbr certitudo meræ physica est Securitas mentis tanta ut non possimus falli sine contradictione: atqui ejusmodi Securitatem parit Legitimum Sensuum testimonium

circà existentiam corporum in genere ibi enim esset contradictio ubi Deus esset verax simul et non esset. atqui si fallemur circà existentiam corporum in genere, Deus esset verax simul et non esset. 1° esset verax, cùm veracitas entis perfectissimi essentialiter comprehendat. 2°. non esset; ille enim non esset verax, qui homines in errorem necessarium induceret. atqui si fallaremur circà existentiam corporum in genere, Deus nos in errorem necessarium induceret.

8 60 min. cùm enim Solus Deus nostrarum sensationum auctor sit ad id ipse nos impelleret, ad quod sensationes constanter, unanimes nos impellunt necessariò: atqui sensationes constanter, unanimes, nos necessariò impellunt ad judicandum existere corpora quodcumque illa sint.

8 60 min. illud enim judicium est necessarium à quo non possumus etiam per naturam Deum abstinere:

atqui ab isto Judicio (existunt corpora) non possumus etiam per naturum examen abstinere; quantumvis enim ea perpendamus, tenemur semper videre, aut ambulare, aut stare; cibis et potibus uti, conservationi nostri corporis invigilare, idco que vitare corpora nocia, utilia que sectari: atqui hoc praestare non possumus quin saltem Judicemus Corpora existere; ergò ab isto Judicio (existunt corpora) etiam per naturum examen ab illo Judicio ferendo (existunt corpora) non possumus abstinere ergò sensationes nostra constanter et unanimes nos impellunt necessariò ad Judicandum existere corpora; ergò si fallemur circà existentiam corporum in genere sensationum impulsu necessario, illarum sensationum autor Deus nos induceret in errorem necessarium; ergò si fallemur circà existentiam corporum in genere Deus non esset

verax; ergò cùm evidentia deo vera citatem adjudicet Deus est verax simul et non est si fuit est error in hoc judicio (existunt corpora) ergò Legitimum sensuum testimonium tantas parit mentis securitatem circà existentiam corporum in genere ut non possimus falli sine contradictione; ergò Legitimum sensuum testimonium &c.

8ª pōō 2ª

Legitimum sensuum testimonium est regula veritatis circà existentiam corporum tum in genere tum in particulari

pbr. illud est regula veritatis quod 1º est medium infallibile discernendi verum à falso, quod 2º. est medium obvium et notissimum, quod 3º. est ultima ratio judicandi corpora existere: atqui Legitimum sensuum testimonium has omnes sibi vindicat conditiones tum circà existentiam corporum in genere,

tum circà existentiam corporum in particulari.

1º. enim Legitimum Sensuum testimonium est medium infallibile discernendi verum à falso; patet enim certitudinem metha physicam circà existentiam corporum in genere et certitudinem physicam circà existentiam corporum in particulari; ergò 1º. est medium infallibile &c.

2º. est medium notissimum et obvium; illud enim est medium obvium et notissimum, de quo uniuique facilè constat an sit Legitimum Sensuum testimonium: atqui uniuique facilè constat an sit Legitimum Sensuum testimonium, enim verò facilè constat an testimonium Sensuum sit Legitimum constans, unanime, et non adversetur ratio; ergò 2º. uniuique facilè constat an Testimonium Sensuum sit Legitimum, et cognoscenter an illud testimonium sit medium obvium &c.

D°. Legitimum Sensuum Testimonium
est ultima ratio cur rem ~~esse~~ talem quis
asserat; ultimo enim respondetur interro
ganti utrum existant corpora, illud
certum esse propterea quod illud attestetur
Legitimum Sensuum Testimonium; ergò
D°. est ultima ratio &c. ergò Legitimum
Sensuum testimonium circà corporum
Existentiam tum in genere tum in
particulari sibi vindicat tres conditio
nes ad regulam veritatis stabiliendam
requisitas, ergo &c.

Solv. obnes.

Obnis 1° non constat an homines habeant
sensus; ergò non constat existere corpora
R° cr. antè illud constat ad quod incli
namur invincibiliter Lege naturali: atqui
invincibiliter inclinamur ad judicandum
existere sensus; ergò constat homines
habere sensus.

Insto Deus potest facere ut non sint
sensus; et tamen sint in nobis eadem
sensationes, eadem inclinatio; ergò &c.

Neq; ex. ante Deus nos induceret in error
rem ex quidem necessarium, si talis esset
ejus agendi ratio; ergò Deus non potest
facere ut in nobis eadem imprimantur
sensationes, eadem que vigeat inclinatio, si
sensus non existunt.

insbis 2o. relatio qualitatum sensibilium
v. g. caloris, odoris, ad objecta externa
est ordinante Deo à nobis incogitante,
relatio illa est fallax; calor enim non
est in igne, odor in flore, dolor in acu,
nec tamen nos decipit Deus; ergò non
debet imputari veracitati divinæ, si
sensationes nos fallerent.

Neq; ex. consqm ex paritate, Deus non
nos decipit in primo casu quia nobis
datur medium erroris detegendi; ratio
scilicet naturalis quæ dictat partes corpo
ris non esse capaces sensationis, nihil
que esse in objectis extrà nos positis
simile sensationibus quas experimur.
porrò eodem modo statui non potest

de sensationum testimonio attestantium existentiam corporum; enim verò si quis medium erroris delegendi, vel divina revelatio, vel idea nostra: alqui neutrum dici potest. non primum, non enim declaravit Deus non existere corpora; nec secundum, idea enim repraesentat solummodo corpora possibilia, non verò nos docent corpora non existere; 2°. ex ratio petita ex bonitate Dei est sint relationes impressionum ad corporis partes qualitatum sensibilium: 1°. Deus ordinavit relationem impressionum ut anima cognosceret quanam partes sint destinata ad has vel illas impressiones. V. g. quanam pars sit destinata ad videndum, quanam ad audiendum, quanam afflicta posset ut ipsi mederetur; si enim hac omnia latuisset animam, cùm voluisset videre forsitan movisset pedes, aut aperuisset manum; quandò pars aliqua fuisset laesa, in incertum fluctuans

altèri parti remedium quod paraverit per noxium, sic que de aliis organis. Sovvè nulla Sutiori, Breviori et facilio ri viâ potuit facere ut anima nosset quoniam partes corporis sui sint organa suarum impressionum, quoniam verò se bene habeant, quoniam malè, quam ins tituendo ut referret suas impressiones ad organa; hoc quippe naturâ duce sine arte, sine praeceptis fit ab infantibus amentibus, sapientibus, una verbo ab omnibus; proindè que Dei

2o. Deo optimo sapienter ordinante sunt relationes qualitatum sensibilium ad corpora, ut anima cognoscat quoniam objecta sint occasiones harum vel illarum impressionum; nam corpus istud nostrum cui unita est anima dependet ab aliis circumstantibus quorum alia sibi ipsi noxia sunt et incommoda, alia verò commoda et utilia debet ergò discernere ea, et utilia

sumos et noxia rejellat, alias peribit continuò corpus: atqui nullâ tutiori, breviori et faciliori viâ potuit facere ut anima corpora discŭeret, secerneret utilia à noxiis, quam instituendo, ut referret quid simile suis sensationibus adobjecta externa; nam hac viâ sine arte ferè dixerim sine attentione corpora secernuntur; ideo sapis non sumitur pro sane, acetum pro vino generoso et laudabili; secernuntur, inquam, ab omnibus quandiù machina non est labefacta quod si Deus reliquisset istud attentionis nostra et diligentiæ examinandum, qua fuisset hominis calamitas! infantes in quibus nullus est rationis usus et qui non potuissent discŭere alimenta ab aliis corporibus: optimus ergò et providus hominis creator sapienter instituit relationem impressionum ad organa, et alicujus rei similis

sensationibus ad objecta externa, quæ sensationum ipsarum sunt occasionales causæ, atque adeò non nos decipiunt licet organa non juventur impressiones, licet nihil sit simile sensationibus in objectis externis

Jamvero idem judicium ferri nequit de iisdem relationibus prout respiciunt existentiam corporum; scilicet si non sunt corpora, quoniam ratio petita ex bonitate aut sapientia dei fecit ut illæ relationes omnes perpetuæ et sibi concordes forent versùs corpora cui bono visio, auditio, si non sit corpus conservandum? cur corpori cui unitam sapientat anima ex omnibus suis impressionibus naturaliter favet et studet? cur de hoc corpore adeo sollicita fugit, timet, dolet? profectò hæc omnia frustranea sunt, si non sit corpus, et erravit auctor natura, quod absurdum est et in creatorem blasphemum; ergò nulla instituenda paritas inter relationes impressionum ad

organor, qualitatum sensibilium ad objecta externa et inter sensationes constanter relativas ad existentiam corporum.

instr. inclinatio invincibilis qua feramur ad judicandum existere corpora potest nos fallere; ergo &c.

neg. ex. ant. non potest nos fallere Lex illa qua natura; quin fallat Legis auctor: alij, Deus est auctor illius Legis; ergo &c.

instr. Deus singulis instantibus huic Legi potest derogare; ergo &c.

neg. ex. ant. Deus enim nos in errorem indueret necessarium, perpetuo enim nos moveret necessariò et singulis instantibus ad judicia falsa; ergo revera nos induceret in errorem necessarium; ergo &c.

2o. Sapiens non esset Deus si huic Legi perpetuo derogaret; Sapientis enim non est Legem ferre, ut ipsi perpetuo deroget; sed tuus fuisset abstinere à ferendâ tali Lege.

instr. Deus potest derogare huic Legi quam

liberè posuit; atqui Deus præceptam Legem liberè posuit; ergò &c.

reõ N. mãj; Sapientis non est Legem ponere cui velit perpetuò derogare: nam quid pro fuisset, si cui bono Lata fuisset talis Lex.

insõ. Deus est omnipotens; ergò &c.

reõ N. consq. Deus enim licet omnipotens non potest agere quod repugnat veracitati sua et Sapientiæ: atqui talis derogatio repugnat veracitati sua divinæ que Sapientiæ.

Rõ mãj. illa enim repugnat quæ hanc naturæ Legem et illusoriam et inutilem præstaret: atqui Laudata derogatio hanc naturæ Legem et illusoriam et inutilem præstaret; ergò &c.

insõ nullâ ratione evidenti demonstratur derogationem illam repugnare veracitati et Sapientiæ divinæ. 2o. Deus potest Legitimis rationibus determinari ad ejusmodi derogationem. 3o. saltem non possumus pronunciare Deum carere his

rationibus quibus ipsum Cæsere credimus;
ergò &c.

2do ex. ante quod ad omnes partes. ac primò
evidenti demonstratur ratione ipse contrà
veracitatem divinam ut paritèr legi
prodicta deroget; quandò quidem per ejusmodi
derogationem hominem in errorem per
petuum et necessarium induceret, nullo sub
ministrato medio erroris detegendi; pariter
demonstratur illud ipse contra Sapientiam
Divinam; quia Lex illa lata ex re
consilio ut ipsi continuò non derogetur,
alioquin esset inutilis, nugatoria; proindè
que Ente Sapientissimo indigna.

2o. Deus non potuit determinari legitimis
rationibus ad id efficiendum quod evidenter
repugnat veracitati et Sapientiæ divinæ;
atqui talis derogatio &c. ergò &c.

Præterea rationes hujus perpetuæ deroga
tionis si ipsa forent debent provideri ab
Ente Summè intelligenti; sed si provisa
sunt, jam Lex illa fit inutilis, et conse
quenter fieri non debuit.

Jo. certò possumus pronunciare Deum carere
his rationibus quibus ipsum carere animus
in ipsâ ejus sapientiâ idêâ: atqui in idêâ
Dei sapientis cernimus Deum carere Legitimis
rationibus perpetuò derogandi Legi quàm
ipse tulit. rationes enim illa quas debuisset
providere impedire debuissent quin Legem
ferret.

Neque dicas hominis non esse profunda
Dei scrutari; nam quandò seipsum et consi-
lia sua manifestat, possumus ea consilia
cognoscere: porrò in idêâ sua sapientiâ
Deus clarè manifestat se non posse Legi
quam tulit perpetuò derogare &c.

Insbiõ Deus potest semel aut iterum propter
justas rationes huic Legi derogare; ergò &c
Neõ ev. consqm ex gratuitam. disparitas
est quod veracitati et sapientiæ divinæ
non repugnet Legi quam tulit aliquando
derogare; contrà verò perpetua derogatio
argueret Legem prædictam illusoriam
et inutilem, proindè quæ ut diximus

ipsi veracitati et Sapientiæ divinæ contradiceret; ergò Deus posset semel aut iterum prædicta Legi derogare, non inde sequitur quod perpetuò posset eidem Legi derogare.

Obviō 2°. ex legitimo sensuum testimonio id unum possumus concludere Corpora videri nobis existere, non verò realiter existere; ergò si judicando corpora existere fallimur, — error ille nec sensationibus, nec deo, sed nobis ipsis temerè judicantibus tribuendus est.

Rō ex. antè sensationes unanimes, concordes junctæ cùm inclinatione naturali et indelebili animis nostris ab auctore naturæ insitæ nos impellunt necessariò ad judicandum revera existere corpora; ergò error si quis erit in auctorem naturæ erit refundendus, quod abhorret sana mens.

Instō. in Deliriis et somniis varia adsunt corpora quæ tamen non adsunt ex sensatis nibus tam similiter judicamus, quàm si ex sensibus perciperemus, nec tamen hujus erroris auctor est Deus; ergò à pari

varias sensationes experiri fatemur, eas que ad corpora referre licet non existant corpora, nec ideirò Deus hujus erroris auctor est censendus.

Ad 1ª Transeat antè ergo consequens. 1º enim error ille hominum somniantium accidentalis est, non naturalis, brevis, non perpetuus. 2º. hic ipse somniantium status corporum existentiam supponit; nam ideirò in eo statu eodem ferè modo afficitur anima ac si corpora revera adforent, quia spiritus animales vario modo discurrentes partes organicas renovant impressiones objectorum externorum.

Dixi Transeat antè quia impressiones illæ ex quibus judicant somniantes non sunt eadem ac quæ habentur ope sensuum, nimirum non sunt æquè vivida, constantes, et uniformes, et si quis asserat se non aliter affici inter vigilandum et somniandum, hic Delirus et somnians dicendus est.

Obiĕ Do. idem corpus majus vel minus videtur non solùm diversis animantibus, sed etiam diversis hominibus, imò et eidem homini ad diversas distantias posito; atqui si corpus reale esset non posset majus &c. quidquid enim reale est et positivum illud idem videri debet, quandiù in eo nulla mutatio facta fuit. ità Dominus Berelay Libro inscripto (Dialogue entre Hilas et Philonoüs).

Ad ev. miñ corpus cujus partes pauciores cernuntur, atque inter partes spatia interjecta non videntur, minus videri debet quàm corpus cujus plures partes atque inter ipsas spatia interjecta conspiciuntur. atqui nudis oculis partes cujuslibet corporis pauciores cernuntur, et inter partes illas spatia interjecta non videntur dum microscopio partes ejusdem corporis plures, atque inter partes spatia interjecta conspiciuntur; ergò idem corpus microscopio quam oculis nudis majus—

videri debet. Jam verò animantium oculi sunt naturalia conspicilla quorum alia alio rum respectu vices gerunt; ergò diversis animantibus eadem extensio oculi major simul et minor videri debet; ergò &c.

ET VERÒ si videatur major vel minor eadem extensio diversis animantibus indè sequitur eam esse aliquid reale et positivum nihilum enim non potest excitare sensationem

INSUPER id eo probant philosophi qualitates sensibiles secundarias, ut calorem, frigus, veras esse sensationes, quia si quid esset reale extrà nos, eadem aqua non posset esse calida simul et frigida: qualis diversis manibus sentitur; ergò si extensio esset quid positivum extrà nos non posset eerni major vel minor.

REO ex. consqn et paritatem. Disparitas ut quod si sensationes existerent in corporibus, indè sequeretur idem corpus esse calidum simul et frigidum quod dici nequit; ut enim eadem extensio major

simul et minor videatur, neque non ut
ut major simul et minor existat; satis
ut si partes quædam latensionis, spatia
que inter partes interjecta considerentur
à quibusdam, ab aliis non videantur; —
ergò nulla paritas.

INSUPER ut ut sit, tam sensationes constantes
uniformes, atque inemendabiles mihi repe-
runt extensionem quandam ut unius
pedis quam alter ut mille pedum; ergò —
eadem extensio deberet esse et unius pedis
et mille pedum.

UD ET. consqm propter rationes superiùs
expositas. radii luminis à variis objecti
partibus prodeuntes dum transeunt per oculos
majorem vel minorem efformant angulum
pro diversâ oculorum conniventione; ergò
objectum illud licet idem in se remaneat
majus aut minus videri debet.

DILES ex sensationibus certò judicari non
potest de magnitudine corporum; ergò
nec de existentiâ.

Ad Dist ante ex sensationibus certo judicari non potest de magnitudine corporum absolutâ, concedo ante, de magnitudine corporum relativâ nego ante et consequentiam. Responsio patet ex dictis.

Obiit 4°. Legitimum sensuum testimonium non parit certitudinem physicam circà existentiam corporum in particulari; sed bene parit moralem, ergò

Ad Dist ante probationis si non adsint conditiones requisitæ, possumus falli circà existentiam corporum in particulari, concedo ante si adsint conditiones nego ante et consequentiam.

Verùm possumus falli circà existentiam corporum in particulari si non adsint conditiones requisitæ, sed si adsint non possumus falli sine miraculo; ad hoc enim satis est si non possumus falli quin violetur aliqua naturæ lex: atqui quando

adsint conditiones requisitæ ad Legitimum sensuum testimonium non possumus falli.

Quomin non possumus enim falli quin violetur illa naturalis inclinatio qua rapimur invincibiliter ad judicandum existere corpora in particulari; ergo Ve.

Insuper constare non potest utrum adsint conditiones à nobis requisitæ; ergo Ve.

Reo Ant. illæ enim conditiones sunt ut ratio suffragetur sensuum relationi, ut sensus sint concordes, ut relatio unius sensûs sit constans et uniformis: atqui per sensum intimum Ve.

Sectio 3ª.

De regulâ veritatis circà res à sensibus remotas sive sint præteritæ sive sint Contingentes quas Exercitii non sumus.

Nota 1º. res extrà nos positæ vel Locorum vel Temporum intervallo disjunctæ

nobis manifestantur hominum Testimonio, cui modo certis vestiatur conditionibus adhibemus fidem; hæc est fides humana quæ definitur assensus datus alicui propositioni propter hominum auctoritatem.

2°. ut factum aliquod innitatum hominum relatione fidem mereatur, certum sit necesse est Testes nec se decepisse nec decipere. certi sumus Testes factum aliquod referentes non fuisse deceptos.

Cùm agitur de facto quod à se propriis oculis visum fuisse testantur, attentè diùque consideratum.

2°. Cùm ingens et publicum est factum, visu facillimum, in aperto Loco perpetratum, Luce meridianâ et non in tenebris; veritas enim Lucem amat, quam fraus et Dolus metuunt.

3°. Cùm Testium interest factum Experiri, V.g. si ex facti veritate penderet testium fortuna, vel fama, aut vita,

vel usuum, morum, legum, religionis mutatio: ejus generis facta explorateres ad se convertunt oculos, fixos que detinent, attentionem omnem arripiunt, atque ad naturam examen sollicitant.

4°. Cùm Testes plurimi vel innumerabiles factum idem consentiunt. profecto rudem quamvis atque imperitum reperias neminem, qui non sibi conscius sit in prodictis rerum adjunctis fallucinari se nullatenus posse; quo ties igitur adsunt exposita conditiones, quamvis tamen omnes non requirantur, certissimum est factum quod testes referunt ab ipsis visum fuisse.

Alia sunt conditiones, quibus ostenditur Testes visum à se factum asserentes, non esse deceptores.

1°. Cùm Testium nihil interest facti promulgatio, maximè vero si ipsorum utilitati vel commodis adversetur.

2º Cùm testes factum ità narrant ut in circumstantiis magni saltem momenti non dissentiant.

3º Cùm testes sunt ex diversis locis, ex diversâ familiâ, diversâ professione; enim nulla est ratio probabilis suspicandi testes inter se consensisse ad eadem dicenda.

4º Si factum non negetur ab iis quorum maximè interest, ejus fatsitatem, si qua sit, ostendere.

5º Cùm testes sinceritatem et probitatem pro se ferunt, quæ quidem ex moribus æstimantur, ex vitæ institutione, ex narratione simplici non ad vanam gloriam adornata, qua refertur factum ut publicum omnibus quæ percipiunt, ex delictorum confessione.

6º Cùm testes intima sui persuasionis subministrent argumenta; cùm

factum jure jurando confirment, illud que fortuna, fama, vita detrimento.

7o. cùm Testium narratio consentit cùm monumentis certis, ipsa ex facto relato originem ducant.

Tandem cùm in confirmationem rei miracula splendida et omnibus obvia operentur. postrèò requiritur ut testis animi sensa claris vocibus exprimat, ipsa ab auditoribus clarè intelligantur. ipsa conditiones, licet omnes necessaria non sint cùm tamen simul reperiuntur, Testes nec voluisse decipere, nec potuisse, si id suscepissent, maximè persuasum est. has omnes conditiones in testibus religionis christianæ reperiri ostendere promptum est.

Certitudo moralis triplex; Suprema, cùm innumeri homines vestiti omnibus conditionibus factum referunt. Media, cùm plures tantùm homines factum referunt, nec suspicari possumus —

illis Deesse aliquam è conditionibus requisitis; infima, cùm paucissimi sunt V.g. unus aut alter, talis est certitudo de facta, quod nobis testatur amicus, cujus semper veracitatem cognoscimus. probabilitas enim reperitur, cùm licet rationes Dubitandi sint, sunt tamen motiva credendi, quæ pariunt rationabilem certitudinem.

Cùm Deista in testimonium hominum de miraculis, præsertim invehantur, operæ pretium duximus quædam explicare eorum cavillationum fundamenta. 1º in miraculis Discriminandum est quod est supernaturale ab eo quod est naturale. naturale miraculi est factum ipsum quod cadit sub sensus. — Supernaturale est modus quo fit res; sic V.g. in resurrectione mortui videt hominem quem antea mortuum humi mandari viderant, est naturale miraculi. sed modus quo hæc facta sunt

non cadit sub sensus, in supernaturale, miraculi quod necessariò concluditur ex eo quod vidimus.

Dissuendum est inter probationem negativam et positivam: plures homines asserunt se vidisse hominem resuscitatum, in probatio positiva resurrectionis; alii asserunt se illum non vidisse in probatio negativa: quæ non opponitur priori; enim verò duæ illæ probationes sibi invicem conciliantur. his positis sit.

Propo 1a.

Datur Legitimum hominum Testimonium.

Per societatem ineunt ac inter se negociantur homines, parentes jura dant, obediunt filii, fœdera sanciunt urbes, provincia, regna; viget principis auctoritas, ejus Legibus parent regnicola, amicus ab amico petit consilia et ac cepta exequitur: atqui hæc frustranea forent imò insana, nec subsistere

70.

possent, nisi existeret Legitimum hominum testimonium.

Obr minor per partes. primò quidem sublato Legitimo hominum testimonio nulla societas, nullum que commercium stare posset. ut enim hæc subsistant, debet esse mutua membrorum societatis fides. atqui sublato Legitimo hominum testimonio hæc omnia frustranea forent.

2o. nec parentes jura dare possent, nec filii tenerentur obedire. tunc enim parentes jura dare non possent &c. quando parentes non possent jus suum probare, et filium an Legitimum an usurpatum et tirannicum possent deligere. atqui sublato Legitimo hominum testimonio &c. ergò 2o.

3o. frustrà provinciæ, urbes &c. fœdera sanirent; illa enim frustranea forent quæ non nisi animo fallendi à mendacibus inter mendaces sanirentur. atqui sublato Legitimo hominum testimonio fœdera non nisi animo

fallendi à mendacibus inter mendaces
fanirentur; ergò Da Ve.

4º. nec vigeret principis auctoritas, nec
ejus Legibus obedire tenerentur regnicola.
nulla enim Leges positiva, nec rex
ejus qua auctoritas certò cognosci poßet;
ergò 4º. sublato Legitimo hominum testi-
monio nec vigeret principis auctoritas
nec ejus Legibus obedire tenerentur regni-
cola.

5º. tandem amicus ab amico nec peteret
consilia, nec ea accepta tuto exequi
poßet (non essent amici), ubi semper
fraudem et dolum merito suspicari
poßet: atqui sublato Legitimo hominum
testimonio in consiliis datis Ve; ergò Ve.
ergò Ve.

Ppõo 2a.

Legitimum hominum testimonium
de factis Coætaneis sive præteritis
parit certitudinem moralem et aliqua-
do æquiparandam certitudini methaphi-

Sica

Ꝑ6r prima pars certitudo moralis est tanta mentis securitas ut non possimus falli quin inverterentur consueti hominum mores: atqui Legitimum hominum Testimonium de factis coætaneis sive proteritis parit ejus modi securitatem. inverterentur consueti hominum mores, si homines periti in re quam testantur, ratione et prudentia praditi, qui rem constanter et unanimiter referunt eodem modo, qui quæ nullam cognoscuntur habere rationem fallendi concurrerent in mendacium: atqui Legitimum hominum Testimonium parit tantam mentis securitatem quin ejus modi homines concurrerent in mendacium; ergò &c. ergò &c.

Ꝑ6r secunda pars illa certitudo quibus datur in factis dequirendo et certitudini metaphisica. ut enim certitudo laudata innixa hominum testimo

nio circà facta sive collanea sive
praterita sit cæquiparanda certitudini
methaphisicæ, satis est si quibusdam
in factis methaphisicè certum sit
homines non fuisse deceptos nec decepto
res esse: alqui quibusdam in factis
methaphisicè certum est Testes nec
fuisse deceptos nec deceptores esse.

Pbr min: Sint facta in quorum
testibus reperiantur conditiones supra
à nobis recensita, qualia sunt Exis ten
tia Ludovici XVI, miracula Christi
et apostolorum: alqui methaphisicè
certum est factorum illorum testes
nec fuisse deceptos nec deceptores.

Pbr. illud est methaphisicè certum
in quo non possumus falli sine contra
dictione: alqui circà ejusmodi facta
non possunt supponi testes decepti aut
deceptores, ac consequenter non possumus
falli quin admittatur contradictio.

Ꝑ͂ mīn contradictorium esse
sub Deo verace verum à falso non
posse secerni, et tamen homines inclinari naturaliter ad societates contractas
facta que ineunda, religionem exercendam, quæ omnia non possunt subsistere, nisi secernendi verum à falso
sit medium efficax. atqui tamen
res ità foret si illorum factorum
Testes supponerentur decepti aut decep
tores, consequenter si falleremur circà
ejusmodi facta; ergò circà facta
in eorum Testibus reperiuntur condi
tiones supra recensita Testes non
possunt supponi decepti aut Decepto
res sine contradictione, et consequen
ter non possumus falli quin admitta
tur contradictio; ergò methaphisicè cer
tum est Laudatorum factorum testes
nec fuisse deceptos nec esse deceptores,

ergò certitudo orta ex Testimonio hominum circa quodam facta et aliquando ergò parandæ certitudini methaphisica.

§§ōō 2a.

Legitimum hominum Testimōnium et regula veritatis in cognitione rerum sive Coætaneārum sive præteritārum: pbr̄ illud et regula veritatis quod et 1o. medium infallibile discernendi verum à falso, 2o. medium obvium, 3o. ultima ratio certitudinis: atqui Legitimum hominum Testimonium Tribus his gaudet conditionibus;

1o. et medium certum et infallibile discernendi verum à falso; illud enim et medium certum et infallibile discernendi verum à falso quod parit certitudinem moralem in factis Coætaneis sive præteritis: atqui Legitimum hominum sic se habet; ergò &c.

2o. est medium obvium, si uniuique facilius sit cognoscere aliquid ex hominum Testimonio quàm viâ Examinis. aliqui res ità est; res enim illa uniuersique patet; ergò 2o. &c.

3o. est ultima ratio Certitudinis; si enim quis à me quærat cur Certus sim Existisse Romam, ultimò nihil aliud sic interroganti respondetur, nisi quia certus sum Legitimum esse hominum Testimonium qui factum illud resarunt; ergò 3o. &c. ergò &c.

Solv. obnes.

Obies 1o. Testimonium hominum meram parit probabilitatem; ergò &c.

Nõ est. ant. in re probabili prudenter cohibemus assensum: aliqui quandò adest Legitimum hominum Testimonium non possumus prudenter assensum cohibere; ergò &c.

instis. Testimonio hominum potest subesse error; ergò &c.

R.o Dist. ants. physicè. Concedo ants. moraliter considerato nego ants. et consequ.

Verè. Testimonio hominum physicè considerato potest subesse error, homines enim non sunt essentialiter veraces, habent quippe potentiam physicam fallendi, sed Testimonio hominum moraliter considerato non potest subesse error, si prout sunt comparati hominum mores non possit supponi homines graves, prudentes, rem eandem eodem modo constanter et uniformiter referentes; peritos rerum quas testantur, homines diversa regionis, status, studii, convenire et conspirare ad mendacium ad quod nullo impelluntur motivo: atqui non potest supponi, prout sunt comparati hominum mores, ejusmodi homines convenire et conspirare ad

mendacium fingendum nullo impellente motivo; ergò &c.

INSOLIS. certitudo moralis quantacumque sit non excludit dubium speculativum; ergò &c.

REG DIST. ant. certitudo moralis directa non excludit dubium speculativum — concedo ant., certitudo moralis reflexa non excludit dubium speculativum, — nego ant. et consq.

Certitudo moralis summa duplex est directa et reflexa: certitudo directa est ea, in qua mens attendit praecisè ad certitudinem quam parit Testimonium in se consideratum. Certitudo reflexa est ea in qua praeter certitudinis signum habet eadem dei veracitatem vel divinam providentiam.

REVERÒ certitudo moralis directa non excludit dubium speculativum —

quantacumque sit, quia deceptio non
est metaphisicè impossibilis; sed
certitudo moralis reflexa Excludit
dubium speculativum; ad hoc satis
est si Deus non potuit permittere nos
induci in errorem necessarium
absque ullo erroris delegendi medio:
atqui Deus non potest permittere nos
induci in errorem necessarium abs
que ullo erroris delegendi medio; ergò
quod tamen foret si certitudini mo
rali reflexa subesset error; ergò certitu
do moralis reflexa Excludit dubium
speculativum.

Obies 2º. Testimonium unius homi
nis parit meram probabilitatem;
ergò &c.

R.O cr. consqm et paritatem: disparitas
est quòd sit tantum probabile unum
hominem non fuisse deceptum aut
ipsi deceptorem, dum certum est

homines graves, prudentes, probitatis laudati, nec fuisse deceptos nec esse deceptores; ergò &c.

insb. quod non oritur nisi ex probabilitatibus, et mera probabilitas: atqui ex conceptis certitudo testimonii hominum non oritur nisi ex probabilitatibus; ergò &c.

~~

~~ ex. min. illa enim certitudo oritur ex consensu testimoniorum hominum spectata prudentia et probitatis, diversa aetatis, regionis, familiae, studii qui nullam cognoscuntur habere rationem fallendi: atqui ille consensus non est mera probabilitas, sed probabilitatum unio, sed vera certitudo, si non possit supponi illos homines subito fuisse perversos, ut in mendacium conspirent: atqui non potest supponi illos homines subito fuisse perversos

ut in mendacium conspirent; ergò Ve:

in Bū. illa certitudo oriretur ex Testimo
niis singulorum hominum: atqui testimo
nia singulorum hominum meram pariunt
probabilitatem; ergò Laudata certitudo
oriretur ex probabilitatibus.

reo Dist māj illa certitudo oriretur ex
testimoniis singulorum hominum collecti
vè sumptis, concedo māj; ex testimoniis
singulorum hominum distributivè
sumptis, nego māj, et distinctâ minore
ad sensum majoris, nego Consqm.

revera Testimonia singulorum homi
num distributivè sumptorum meram
pariunt probabilitatem, sed Testimonia
singulorum hominum collectivè sump
torum non pariunt meram probabilita
tem; multùm enim verò ✠ ex stat
discriminis inter Testimonia singulo
rum hominum seorsim sumptorum
et singulorum hominum collectivè

82.

Sumptorum ut enim unius testis suffragium generaret aliquam certitudinem deberemus perspicuam habere ejus sinceritatem, et illius intima introspicere, quod ex eo solo non possumus obtinere: contrà verò quando plures sunt testes diversa ætatis, diversa indolis, diversi studii diversa familia, diversa religionis, ex testimoniorum concursu et combinatione testium sinceritatem et veracitatem delegere possumus, possumus ipsorum mentis intima scrutari, ergò multùm discriminis est inter testimonia singulorum hominum seorsim sumptorum et collectivè sumptorum; ergò revera licet testimonia singulorum hominum seorsim sumptorum meram generent probabilitatem, non ideò singulorum hominum collectivè et comparatè sumptorum meram pariunt probabilitatem.

Porrò ut quid probaretur contrà nos, probandum foret testimonia singulorum hominum collectivè sumpta, et secum invicem collata meram dare probabilitatem.

Obiès D°. Testimonio hominum de resurrectione mortui nulla fides est adhibenda; ergò. Testimonium hominum non parit Ve.

Ntè et. ant. Testimonium hominum conditionibus requisitis vestitum non potest nos in errorem inducere circà existentiam hominis resuscitati; actiones ejus Ve, ergò Ve.

Inst. non eodem modo estimanda est hominis relatio de resurrectione mortui quo estimatur de vitâ hominis; ergò Ve.

Ntè et. ant. hominis vita antequam humaretur et ejus vita post resurrectionem sunt duo facta aequaliter obvia,

ex quibus evidenter concluditur resurrectio; ergò &c.

INSTIS. major est impossibilitas ut mortuus resurgat, quàm ut vivens moriatur; ergò &c.

RÕ Dist antẽ resurgat solo humano auxilio, concedo, divinâ operatione nego antẽ et consqẽn.

REVERÀ major est impossibilitas ut mortuus resurgat solo humano auxilio, imò absolutè impossibile est ut homo propriâ auctoritate mortuum suscitet; sed non major est impossibilitas ut mortuus resurgat divino auxilio, quàm ut vivens moriatur; ut enim Deus solo nutu homines creare, sic mortuos suscitare potest. porrò non debemus attendere ad impossibilitatem resurrectionis operâ humanâ; illa enim impossibilitas non potest nocere hominum Testimonio quemadmodum impossibilitas —

Creationis virtute humanâ non potest nocere hominum testimonio circà existentiam alicujus hominis; ergò Dei

insb̃. homines non possunt testari opera supernaturalia: atqui resurrectio est Dei; ergò Dei

dō Dist. mīn. Supernaturale quoad modum quo factum est opus illud, concedo mīn, id est vita hominis resuscitati non cadit sub sensus, nego mīn; ergò homo non potest testari resurrectionem, Dist. cons. p, id est modus quo fit resurrectio non cadit sub sensus, concedo consq̃n, id est vita et actiones hominis resuscitati non sunt objectum testimonii sensuum, nego consq̃n.

Verùm modus quo fit resurrectio non cadit sub sensus; sed ipsa resurrectio id est vita, actiones et diversi motus hominis mortui, sed resuscitati

Cadunt sub sensus; porrò ex ejusmodi vitâ, actionibus, motibus que diversis hominis resuscitati concluditur opus supernaturale; ergò &c.

INSTIS. Cum David Hume Testimonium 20 aut 100 hominum nullius est roboris contrà Testimonium uniforme aliorum hominum: atqui ex Testimonio omnium hominum per totum orbem dispersorum constat homines non resurgere; dum ex Testimonio 20 aut 100 duntaxat constat aliquos homines fuisse resuscitatos; ergò &c.

REO Dist maj. nullius est roboris contrà Testimonium uniforme omnium hominum positivum et directè oppositum Testimonio illorum hominum, concedo maj si sit negativum et non directè oppositum, nego maj et distinctâ minore nego cons^{m}

Verè Testimonium hominum 20
aut 100 hominum nullius erroris
contrà Testimonium positivum omnium
hominum; sed si Testimonia non sunt
de eâdem re, et si Testimonium uniformè
omnium hominum sit duntaxat
negativum dum Testimonium 20. aut
100 hominum est positivum, jam utrique
fides et adhibenda; ad hoc satis est si
duo illa Testimonia sunt vera: alioquin
res ità est.

§60 min. Testantur enim homines
vinivi ex experientiâ quotidiè omnem
hominem mori, neque secundùm naturæ
leges resurgere, quod Testimonium verum
est, sed ut negativum et non contrariatur
positivo 20 aut 100 hominum Testimo
nio. verum pariter est Testimonium 20 aut
100 hominum, cùm sit vestitum conditio
nibus requisitis.

Obiet 4°. ut certi simus de hominum testimonio, inquiunt ~~Locke~~ Enciclopedista ad articulum, Certitudo, debet esse commodorum cupiditatum conflictus: atqui nunquam fere scire potest quando nam adsit ille conflictus; ergò &c.

R.O N. maj. Si enim, ut contendunt auctores Dictionarii ~~Encyclici~~ Enciclici ad certitudinem testimonii hominum necessarius esset commodorum et cupiditatum conflictus, vel antequam de facto certi fierent testes vel dum factum de quo certi sunt, nobis referunt: atqui neutrum dici potest. non primum, quamvis enim illorum hominum eadem sint cupiditates, eadem studia, eadem commoda, nihilominus certi esse possunt se videre aliquod objectum; ergò 1°. ad certitudinem testimonii hominum necessarius non est conflictus commodorum

et Evidentiam antequam de facto certi forent Testes. 2o. necessarius noverit ille conflictus dum factum, de quo certi sunt Testes, nobis referunt; nam factum quod referunt potest esse tàm splendidum ut everterit omnium Testium sensus et inclinationes et studia, in eundem finem, ut miraculum: atqui tunc licet forent eadem commoda, eadem affectiones, illi Testes forent certissimè credendi. hæc enim conversio est motivum assensûs certissimum; ergò 2o. &c.

insûs Certitudo moralis minuitur eâ proportione quâ recedimus à tempore quo res peracta est; ergò &c.

Vità Dominus Craig anglus qui geometris computationibus probare aggressus est religionem Christianam anno 3500 à Christo nato desituram;

eo quod factis quibus innititur post-
annum 2500 certitudo nulla superstes
futura sit.

Reo ev. ante factum aliquod præla-
rum semper servat eundem certitudinis
gradum post quodcunque tempus elapsum;
sic Alexandri magni Victoria non
minùs hodiè certa sunt quàm Ludovi-
ci Decimi Quarti; tempore scilicet
quo vivebat Alexander erant centum
generationes quæ omnes erant testes
ipsius victoriarum, hæ generationes
sequentibus, et sequentes subsequentibus
ad nos usque integra et incorrupta
facta transmittunt; ergò &c.

Nota multum discriminis esse inter
facti impressionem et ejus certitudinem
illa diuturnitate debilitatur. hæc
nullatenus minuitur, immò potiùs

augetur, cùm novum accedat examen.

Sectio 4a.

De regulâ veritatis rerum materialium, quas ipsi experti sumus.

Memoria est facultas agnoscendæ cujusdam modificationis ut olim habitæ: reminiscentia definienda est ea cogitatio, quâ mens quamdam affectionem à se olim habitam fuisse agnoscit, sive eadem affectio tunc in mente existat, sive non existat.

Caute hîc observandum est reminiscentiam non esse præsertim excitationem aut iteratam alicujus affectionis productionem; sæpè namque contingit, ut iterum nascatur in mente idea, vel altera mentis affectio olim habita, cujus præexistentiæ in me non recordor; sæpè enim cujusdam affectio

nis, ut doloris, vel idea olim habita reminiscitur, quæ nunc in mente non existit. quæ profecto recordatio essentialiter in eo consistit, quod talem affectionem in mente olim extitisse agnoscimus.

Quæritur utrum reminiscentia sit sensus intimus cujusdam affectionis quatenùs præterita olim quæ habita?

reminiscentia non est ejusmodi sensus intimus. nam cùm sensus intimus idea v.g. aut doloris, non sit modificatio ab illâ idea vel dolore distincta, habere sensum doloris præteriti esset dolere dolore præterito, nunc quæ in animâ non existente, quod manifestam involvit contradictionem; immò sæpè doloris meminisse juvat.

Quæritur 2°. utrum reminiscentia ipsa sit judicium?

R.Ō negativè nam quod est judicii motivum illud est judicio gravium, non ipsummet judicium: atqui reminiscentia est motivum judicii, quo credimus quandam olim à nobis habitam fuisse affectionem.

Quæritur utrum reminiscentia, cùm adest, clarè et distinctè mentì exhibeat affectiones nostras, quatenus olim habitas.

R.Ō Affirmativè nam cum affectionis cujusdam memores sumus, experimur nobis eam clarè exhiberi ut olim habitam; atqui hinc intelligere datur cur naturali propensione impellamur ad judicandum talem in nobis affectionem præexistere, ejusque præexistentia intima nobis insit persuasio. verum

sive reminiscentia clarè mentem exhibeat affectiones, ut olim habitas, sive sit propensio naturalis intima ve persuasio, certum est eam in nobis à Deo secundum quasdam Leges non à nobis effici; non enim quoties volumus statim recordamur; cumque prima Seriei cujusdam idearum iterum affulget idea, cætera ejusdem Seriei sponte sine nobis, sine operâ nostrâ renascuntur; quod argumento est eas à nobis non effici; his positis sit.

§. 100 Iam.

recordatio, cùm adest, est motivum judicii infallibile:

§. 6ū. nam vel recordatio est idea clara & distincta, ut esse videtur, vel propensio naturalis, quâ necessariò impellimur ad judicandum talem in nobis præcisè affectionem:

alqui 1o. si sit idea clara et distincta, motivum est judicii infallibile; idea enim clara est necessariò vera.

Idem dicendum si sit propensio naturalis &c. illa enim propensio naturalis quâ ad judicandum impellimur ex ultimo aliquam affectionem in nobis non potest erori subjacere; Deus enim illius propensionis naturalis, et intimæ persuasionis est auctor.

Tandem quidquid sit reminiscentia constat in judiciis recordatione innixis eandem esse adsensûs similitudinem, eandem mentis quietem, ac in judiciis sensu intimo innixis; sic enim judicia, quibus quisque vestrûm asserit se ab aliquot hebdomadibus frequentare hocce collegium aqui firma sunt ac æqualem mentis tranquillitatem conciliant ac judicia

sensu intimo innixa.

Propõ 2a.

reminiscentia est regula veritatis in judiciis quæ feruntur de rebus quas fuimus experti.

Pbr. illud est regula veritatis quod 1o. est medium infallibile secernendi verum à falso, quod 2o. est medium obvium et notissimum, quod 3o. est ultima ratio certitudinis in laudatis judiciis: atqui 1o reminiscentia est medium infallibile secernendi verum à falso; est enim verò (ex propõne superiùs enunciatâ) motivum infallibile judicandi, cùm adsit; ergò 1o. Bi 2o. est medium obvium et notissimum quod unicuique facilè constat: atqui unicuique facilè constat quando nam adsit reminiscentia, nempè per sensum

intimum; ergò 2o. &c.

3o. reminiscentia est ultima ratio certitudinis in Laudatis Judiciis, si quis enim à me quæreret cur certus sim Talem aut talem affectionem olim menti assilisse, id solum rego nere potero, quia illius recordor affectionis; ergò 3o. &c; ergò &c, ergò &c.

Solv. obnes.

Obiet 1o memoria fallibilis dicitur ab omnibus; ergò &c.

Reo N. consqm ideò quia memoria dicitur fallibilis, quod sæpè conamur aliquid in memoriam revocare, nec possumus, vel levi suspicione atque præcipitatione credimus aliquid præteritum de cujus præexistentia nec ideam claram habemus, nec propensionem invincibilem, qua nos ad Tale

judicium impellat, quod quidem ex eo evitemus adhibitâ attentione: atqui tunc reminiscentia defectu non ipsâ reminiscentiâ decipimur; ergò memoria ipsa non est fallibilis.

Sectio 5ª.

De regulâ veritatis adhibendâ in cognitione rerum Supernaturalium.

Divina revelatio est Testimonium dei loquentis, voluntatem suam aut veritates quasdam docentis. revelatio duplex, immediata et mediata. immediata est cùm Deus ipse nos instruit veritatem quandam: mediata est cùm quibusdam hominibus ipse manifestat ut illud aliis discant.

Quoties constat ex miraculis vel prophetiis deum ipsa locutum, motivum assensus quibus rebus revelatis datur,

est ipsa dei auctoritas, quamvis ex testimonio hominum vel sensuum miracula vel prophetia innotescant. aliud igitur motivum est, quo revelatis fides adhibetur, aliud quo revelata quodam fuisse creditur.

Nota aliud rem esse supra rationem aliud contra rationem, quamvis Versijellis Baylius ea quidunum esse probare intendat operum Domo tertio pagina 877. illud est contra rationem, quod contradicit rationis principijs. illud est supra rationem, cùm cognoscere non valemus ejus connectionem cùm principijs recta rationis.

Nota 2°. aliud est rem non cognosci possibilem, aliud rem cognosci impossibilem. ut res non cognoscatur possibilis satis est si non videatur mutua attributorum convenientia, ut res cognoscatur

impossibilis, debet videri ~~attributorum~~ repugnantia.

℘ ℘ 00 1a

Divina ~~revelatio~~ est possibilis.

℘ Cr divina revelatio est testimonium Dei voluntatem suam hominibus manifestantis aut veritates quasdam edocentis: atqui Deus potest voluntatem suam hominibus manifestare aut veritates quasdam edocere: Deus enim est ens summè potens et summè intelligens; ergò &c.

℘ ℘ 00 2a.

Deus quodam revelare potest supra humanæ rationis vim posita, captumque hominis superantia:

℘ Cr ad hoc satis est, si sint veritates hominis rationi impervia; Deus enim illas cognoscit, cùm intelligentiâ infinitâ polleat, et proindè eas potest

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

hominibus manifestare: alqui sunt veritates hominis rationi impervia: sint in exemplo variorum corporum v.g. ignis aqua essentia, intima que constitutiones, multorumque effectuum v.g. electri fluidi magnetici causa: alqui illa veritates sunt rationi hominis impervia, licet enim nobiles phi ad ea detegenda tempus, diligentiam, omnem quâ pollebant ingenii vim adhibuerint huic usque ignota fuerunt, nec possunt detegi cùm pendeant à partibus supra omnem imaginationis casum sensibus, earumque partium dispositione quæ nec sensibus externis, nec reflexione nec ullâ arte attingi possunt; ergò Laudata veritates sunt rationi hominis impervia; ergò Deus potest hominibus revelare &c.

Etiàm homo imbecillior vel ~~qui~~ cujus caput morbo debilitatum ~~est~~, concipere multa non potest quæ peritissimus geometra formaturum examen evidenter percipit; ergò à fortiori plurima debent esse infinito intellectui perspicua, quæ intellectus finitus intelligere non potest; ergò revelare quædam potest Deus humanationi ingervia.

Propo 3a.

Deus potest præcipere ut misteriis quibusdam adhibeamus fidem.

Probatio. Deus potest præcipere, ut misteriis quibusdam adhibeamus fidem, si possit intellectus noster non secùs ac voluntatis obsequium misteriis postulare, illud quæ obsequium mens præstare queat, atqui Deus potest intellectus nostri non secus ac voluntatis obsequium misteriis postulare, —

illud quæ obsequium mens præstare
potest. 1º. Deus potest intellectûs nostri
non secùs ac voluntatis obsequium
misteriis postulare; Deus enim in int
llectum quemadmodum et in volun
tatem supremum habet Dominium;
ergò 1º. &c.

2º. illud obsequium mens præstare potest;
Licet enim mens nostra neque mis teri
veritatem, neque ejus possibilitatem intro
spiciat, tamen habet motivum assensûs
infallibile, dei loquentis auctoritatem.
atqui assensum præstare potest quandò
adest motivum assensûs infallibile; —
ergò 2º. mens potest obsequium præstare;
ergò Deus potest præcipere ut misteriis
quibusdam adhibeamus fidem.

Q.P.O.D.

ppõ 4ª

in rebus revelatis Dei auctoritas est regula veritatis adhibenda.

ppõ illa enim est regula veritatis qua rem infallibiliter Testatur, qua 2º. est via unica qua res supernaturales cognosci queant: atqui Dei auctoritas 1º. rem infallibiliter Testatur, 2º. est via unica qua res supernaturales cognosci queant.

1º enim Dei auctoritas rem infallibiliter Testatur; Deus enim est essencialiter verax et infinitè intelligens; ergò nec decipere nec decipi potuit; ergò 1º Deus rem infallibiliter Testatur: 2º. Dei auctoritas est unica via qua res supernaturales cognosci queant: nam res supernaturales attinguntur solâ rationis ope vel revelationis: atqui prius dicti negatur: res enim supernaturales

mentis vires et acumen fraterolant;
ergò 2o. Dei auctoritas est unica via qua
res supernaturales cognosci queant; ergò &c.

Corollarium 1um.

Ergò res omnes revelatæ cognoscuntur
auctoritate solâ.

pbr revelatio vel est immediata vel
mediata: atqui sive sit immediata
sive mediata cognoscitur auctoritate
solâ.

pbo min. 1o. res immediatè revelatæ
cognoscuntur auctoritate solâ si quo
libet alia eas dem cognoscendi via
sit insufficiens, inutilis et injuriosa
Deo: atqui res ità est: 1o. quælibet alia
via dem cognoscendi est inutilis
et insufficiens; illa enim non valent ope nisi
ipsa ratio: atqui ratio ipsa est inutilis
et insufficiens ad cognoscendas veritates
immediatè revelatas.

res enim illa immediatè revelata in ideis non percipiuntur.

2º. illa via est injuriosa Deo. injuriosum est enim Deo ejus Testimonium despicere; atqui positò quod Deus nobis aliquid indigitet, recurrere ad aliam cognoscendi viam, est ejus Testimonium despicere; ergò 2º. quælibet alia via est injuriosa Deo; ergò &c.

2º. res mediatè revelatæ cognoscuntur auctoritate solâ; illa enim cognoscuntur auctoritate solâ de quibus sufficit inquirere Legitimo Testimonio an Deus reipsâ revelaverit, 2º. quarum cognoscendarum alia via est impossibilis: atqui utrumque verum est.

1º. sufficit inquirere Legitimo Testimonio an Deus reipsâ revelaverit; positò enim Legitimo Testimonio certi-

Sumus Deum esse Locutum, ac proin
de rem illam esse certissimam, ipsique
proinde fidem esse adhibendam.
2°. cognoscendarum rerum mediatè
revelatarum alia via est impossibilis;
illa enim via non potest esse nisi
unius cujusque examen privatum:
atqui illud Examen est impossibile
in rebus mediatè revelatis; cùm non
fieret nisi insufficientis rationis lumi
ne; ergò 2°. &c. ergò &c. ergò &c.

Corollarium 2um.

Quicumque res revelatas proprio exa
mine discernere vult ille nullas certò
cognoscere potest; res enim revelata
solâ auctoritatis revelantis viâ compa
rari possunt; ergò &c.

Solv. obnes.

Solv. obnes.

Obnes 1o. debemus sequi solum rationis Lumen; ergò &c.

reo ev. ans Deus quippe plura potest facere quàm mens humana potest concipere; ergò &c.

ins bis. qua superant rationis Lumen, ea recta rationi adversantur; ergò &c.

reo ev. ans nam ut aliquid superet rationis Lumen sufficit ut non possit contineri in serie veritatum Lumine naturali cognitarum: atqui ex eo, quod aliquid contineri possit in serie veritatum naturali Lumine cognitarum non ideò adversatur recta rationi ut manifestum est; ergò &c.

ins bis rerum quæ superant rationis captum non videtur connexio cum

principijs recta rationis: atqui res quarum non videtur connexio cum principijs rectæ rationis, ipsis adversantur; ergò &c.

Neg. min. quia ut aliquid adversetur rectæ rationi, requiritur ut illud inter & rationis principia sit evidens repugnantia: atqui licet non videatur alicujus rei connexio cum principijs rectæ rationis, non ideò est evidens repugnantia; ergò &c.

In oppos.

Omnes veritates sunt inter se connexæ; ergò &c.

Neg. cons. illa veritas (Deus est verax) est independens ab illâ, Petrus existit; ergò sunt veritates aliæ ab aliis independentes; ergò &c.

Neg. cons. non licet veritates sint dependentes inter se connexæ, non inde sequitur quod veritatum omnium series & connexio cognosci debeat;

illa enim tam ampla est ut à mente finitâ tota apprehendi nequeat; ergò &c.

Obiũ 2o. misteria adversantur rationi; ergò; illa adversantur rationi; ergò illa deus contra quæ proponuntur argumenta indissolubilia: atqui contrà misteria proponuntur argumenta indissolubilia; ergò &c.

Sanchoniatonis apud Eusebium, tum
ex veteribus obeliscis in quibus Signa

hieroglyphica nihil significabant nisi quod statum civilem res ferit, quod plebi præsertim manifestandum erat, ut est Legum descriptio, Tributorum et militum enumeratio, regis cujusdam historia.

Qui plura de his scire voluerit Legat exquisitum opus auctore Varburto inscriptum, de Sur Les hieroglyphes des egyptiens; verum quonam tempore inventa sint Litteræ, quisve fuerit earum inventor, id apud peritos nondum satis patet.

Certum est inventionem Moïsi de antiqui Orient cum præcepta Decalogi à deo Tradita Litteris exarata fuerint, et pro facilè concludituri Litteras et Moisi et israeliticas cum cognitas fuisse

De voce.

Vox stricte sumpta est sonus articulatus prolatus cum intentione aliquid significandi.

Duplex distinguitur naturalis et artificialis; naturalis quâ homo utitur ad significandas animi affectiones, ut gemitus, sed improprie vox dicitur ut patet; vox artificialis est ea qui homines pro arbitrio suo ideam aliquam quæ voluerunt ut Caris, Terra, quæ ab hominibus inventa designant quia designare placuit.

Vocem duplicis generis distinguemus, Terminum et verbum; de utroque duplici dispere mus paragrapho.

Paragraphus 1us
De Termino.

In Termino considerandæ hic occurrunt

ejus extensio, comprehensio, suppositio, et oppositio.

De Comprehensione Termini

Comprehensio Termini est collectio idearum quas Terminus significat.

Terminus multiplex est ratione comprehensionis simplex, complexus, substantivus, adjectivus, absolutus, relativus, concretus, abstractus finitus et infinitus. Vobis ex antea dictis notum est quid sit Terminus simplex, absolutus, complexus, relativus concretus, abstractus. De aliis tantum dicemus postea.

Terminus substantivus significat substantiam, vel modum seorsum a re.

Terminus adjectivus rem formâ prædictam significat ut rotundus,

Terminus infinitus rei negationem significat, ut non homo.

Terminus finitus non determinate significat.

De extensione Termini.

Extensio Termini est collectio subjectorum quibus convenit idea per Terminum significata. multiplex distingui debet Terminus ratione extensionis, in universalis, particularis, singularis et indefinitus, de quibus antea diximus.

De Suppositione Termini.

Suppositio Termini ut ejus acceptio pro re aliqua significanda; quemadmodum Calculi sumuntur à Lusoribus pro significandis nummis, sic Terminis à nobis sumuntur pro re-

aliquâ significandâ.

Suppositio termini duplex, materialis et formalis. materialis suppositio est acceptio termini pro litteris et syllabis quibus constat, sic homo est vox dis syllaba.

Suppositio formalis est acceptio termini pro reali significatione suâ v. g. fur significat hominem qui clanculùm rapit res alienas.

Suppositio formalis alia universalis, alia singularis, particularis et indefinita hæc vobis nota sunt.

Suppositio universalis alia est distributiva, alia collectiva.

Suppositio universalis distributiva est ea in qua terminus ità sumitur

de toto, ut etiam dici possit de singulis, v.g. homo in ista propone, omnis homo est rationalis; omnes enim et singuli homines dici possunt rationales.

Suppositio universalis collectiva est in qua terminus ita sumitur pro toto significato, ut quod dicitur de toto, dici non possit de singulis totius partibus, v.g. cum dico, omnes milites sunt exercitus; omnes apostoli erant duodecim, unde quia inde concluderes singulos milites esse exercitum, et unum quemque apostolum esse duodecim.

Suppositio universalis distributiva duplicis est generis, alia pro singulis generum, alia pro generibus singulorum.

prima suppositio est acceptio Termini pro omnibus et singulis; v.g. homines in hac propone, deus vult omnes homines salvos fieri. Secunda suppositio est acceptio Termini pro aliquibus singularum specierum individuis. Sic dicitur omne animal fuit in arcâ Noë, sensus est aliqua animalia ex singulis animalium generibus fuisse in arcâ Noë. Suppositio universalis distributiva pro singulis generum, alia universalis methaphisicè, alia physicè, alia moraliter.

Suppositio Termini alia Logica, alia physica.

Suppositio Logica est acceptio Termini pro significandâ re generali, aut denominatione rei externâ; ut ens

in hac ꝓpõne, hos est indivisibile.

Suppositio physica est acceptio Termini pro significandâ re singulari et determinata, vel pro naturâ rei donata hac vel illâ denominatione Logica, ut Substantia materialis divisibilis est.

Si bene distinxeris suppositionem Logicam a physicâ, facilè solves omnia sophismata Leibnisiana.

De oppositione Terminorum.

Oppositio Terminorum est pugna inter Terminos.

Quadruplex vulgò distinguitur Terminorum oppositio, contradictoria, contraria, privativa, et relativa.

Oppositio contradictoria regitur inter duos Terminos, quorum unus nem, alter rei negationem significat, ut Justus, non Justus.

Oppositio contraria regitur inter duos Terminos quorum unus nem, alter nem oppositam significat, ut dignus, indignus.

Oppositio privativa regitur inter duos Terminos, quorum unus est privatio alterius, sic visum inter et Coecitatem.

Oppositio relativa regitur inter duos Terminos relativos, ut inter patrem et filium.

Datur discrimen inter privationem et negationem:

negatio est absentia forma in

subjecto illius recipiendæ ineaqui

privatio est absentia formæ in subjecto apto ad illam recipiendam, ut cæcitas respectu hominis.

restrictio Termini fit quando ejus extensio minuitur per additionem alterius Termini v.g. Terminus homo restringitur, si addideris vocem justus; duo enim illi Termini simul juncti pauciores subjectos comprehendunt.

Distractio Termini est expressio rei existentis in aliâ temporis differentiâ quàm per verbum significare videtur, v.g in hac propone, cæci vident, cujus sensus est, homines antèa cæci, nunc sanati vident.

paragraphus 2us.

De verbo.

Verbum est vox exprimens actum mentis pronunciantis de aliquâ re.

unicum verbum est apud Hos his vocibus expressum, sum, es, est; quod etiam dicitur copula, ea eo quod attributum copulet. Cætera omnia verba ad illud verbum referuntur, atque in illud resolvi possunt. viva voce dissertiori modo De verbo loquemur.

Logica pars secunda.

De Judicio.

Judicium potest considerari vel in mente, vel quatenus exprimitur vocibus pro hac duplici divisione, duplex erit divisionis caput. primum de Judicio interno et mentali, secundum de judicio vocali seu pronuntiativo disseret.

Caput primum

De Judicio Mentali.

hîc solum judicii naturam ejus que subjectum duplici expendemus articulo.

Articulus primus.

De naturâ judicii.

Philosophi varias eâ de re opiniones defendunt. auctor Tractatûs de sensationibus Tomo primo pagina 34, un jugement, dit-il, n'est que la perception d'un rapport entre deux idées comparées. idem docent Sgravsande, Clericus &c. sunt qui arbitrantur judicium meram esse cessationem ab ulteriori examine, idearum que comparatione; qua opinio, licet diversis ex prepositionibus, eadem ac prior esse videtur; nec enim volunt illi homines toties ab examine cessari, toties adesse judicium; cum de hominibus qui post adhibitum examen obscura

manent, vel dubia, profecto non judicet. auctor libri de Esprit judicia esse sensationes autumat. quid sentiamus, sequentibus conclusionibus aperiemus.

Propō prima.

Judicium non consistit in solâ perceptione vel convenientiâ vel disconvenientiâ quia inter subjectum et attributum refertur, nec est mera quies mentis in veritatis cognitione.

Pbr quod est motivum Judicii, illud est aliquid judicio praevium, non ipsum praeisé judicium: alqui perceptio convenientiâ vel disconvenientiâ inter subjectum et attributum est motivum judicii; illud enim est motivum judicii, quod mentem determinat ad judicandum: alqui perceptio convenientia vel disconvenientiâ mentem

determinat ad judicandum; ergò &c.

et Verò si judicium esset vera perceptio omne judicium verum esset, vel quadam perceptiones essent falsæ: atqui utrumque negant adversarii; ergò &c.

2o. Judicium non est mera quies in veritatis cognitione, si illa quies non respondet quæstioni utrum idea sint unitæ nine; illi enim satisfacit judicium: atqui res ità se habet, ergò &c.

profectò cùm mens in veri cognitione quieverit, moratur, nec ulterius quidquam agit, intelligitur assensum vel dissensum sus pendere; quemad modum amorem sus pendit, si post acquisitam omni cognitionem quiescat, sistatur nec ulterius operetur, ergò &c.

ità sentiunt omnes ferè ſphi.

ꝓpō secunda.

inter judicia et sensationes existit discrimen essentiale:

ꝓbr̄ Judicare ut affirmare vel negare: atqui illud dici non potest de sensationibus, nemo enim merè passivè se habet dum experitur sensationes: atqui affirmatio vel negatio dici non ꝑsunt de affectionibus merè passivis.

ꝓbō min: affirmatio vel negatio sunt operationes mentis, ut patet, ergò &c.

2o. Judicium fertur de rebus spiritualibus, de rebus præteritis, de rebus merè possibilibus.

3o. Judicia supponunt motivum quod non supponunt sensationes.

4o. Judicia ad nutum ferimus, suspendimus, non item sensationes; ergò &c.

§ppō Tertia.

Judicium — et actus mentis assentientis vel dissentientis alicui objecto.

pbr̄ Judicium — juxtà notionem ab omnibus receptam — est affirmatio vel negatio unius de alio; atqui hoc posito Judicium — et actus mentis assentientis vel dissentientis alicui objecto, nam affirmare unum de alio nihil aliud est quam assentiri alicui objecto, negare unum de alio nihil aliud est quàm dissentiri alicui objecto; ergo hoc ipso quod Judicium sit affirmatio vel negatio hoc ipso recte definitur actus mentis assentientis vel dissentientis alicui objecto.

ꝓ̃ō Quarta.

Judicium est actus mentis propriè et stricte simplex:

ꝓ̃ō Judicium est appensus vel dispensus: aliqui appensus vel dispensus est propriè ac stricte simplex:

ꝓ̃ō mi. unica et simplex anima modificatio activa est actus simplex: aliqui appensus et dispensus est unica et simplex anima modificatio activa; non enim actus ille animæ ipsa intima potest percipi quin percipiatur totus; imò nec cogitari potest medietas, quadrans, vel alia qualibet pars appensûs vel dispensûs, quod omnibus tantillùm attendentibus obvium est et per primum; ergò Judicium est unica et simplex anima

modificatio activa; ergò &c.

Solvuntur objectiones.

obiēs 1º. contrà primam ſſōnem Judicium non distinguitur à perceptione; ergò &c.

Rō ex. antē Judicium formaliter consistit in affirmatione vel negatione, dum è contrà perceptio est capax affirmationis aut negationis; ergò &c.

2ª obiēs ubi adest perceptio ibi adest Judicium; ergò non distinguitur Judicium a perceptione.

Rō ex. antē ubi adest perceptio adest mera objecti contemplatio: atqui ubi adest mera objecti contemplatio non ideò adest affirmatio vel negatio qua Judicium constituunt.

2º. nego consqn ex antecedente solummodò sequeretur Judicium semper

comitari perceptionem, non verò percep-
tionem esse ipsum judicium.

INSBis ubi adest perceptio habitudinis inter
circulum et rotundum, judicatur circulum
esse rotundum; ergò verum antc.

VO et. antc ubi adest laudata perceptio
nondum affirmatur circulum esse rotun-
dum; ergò Ve.

INSBis actio mentis exhibens duas ideas
conjunctas est judicium: atqui perceptio
habitudinis inter ideam circuli et rotun-
ditatis exhibet duas ideas conjunctas; ergò Ve.

VO et. maj actio illa mentis est mera
repraesentatio, non verò judicium quod
illas ideas conjunctas affirmaret; ergò Ve.

INSBis Sattem ubi necessarium est
judicium propter evidentiam, statim

atque est perceptio, ad est Judicium; ergò
perceptio habitudinis inter ideas est verum
Judicium.

Nō er. contra Sequitur tantùm
Judicium nec pariò sequi perceptionem,
sive mentem à Judicio abstinere non
posse quandò affulget Lux evidentiæ:
atqui ex eo quod Judicium nec pariò sequa-
tur perceptionem, non inde sequitur
quod sit unum et idem cum perceptione;
ergò &c.

Obiic 2o. Cùm auctore Libri De l'esprit,
Judicium de rebus sensibilibus est
sensatio; ergò &c.

Nō er. antis per sensationem enim
non respondetur quæstioni, utrum res
sensibiles conveniant vel non conve-
niant; ergò &c.

Objes Je puis dire egalement, Je juge et Je sens egalement deux objets, donc L'un que J'appelle Soleil fait sur moy une impression differente de celuy que J'appelle pied, et J'en conclus qu'en pareil cas juger n'est que sentir ; ergò Re.

Rõ et. ants Potest sentiri impressio diversa pedis et exacta et tamen retinere judicium ; ergò Re.

Preterea sensationes illæ sunt judicio pravia cùm sunt motivum quo statuatur earum diversitas ; ergò Re.

Obies 2o. contrà Certum quod omne judicium componitur ex ideis ; ergò Re.

Rõ et. ants idea enim sunt tantùm objectum judicii, atqui judicium non constat ex ideis ; ergò Re.

2o. Judicium non componitur ex eo quod neque affirmat, neque negat: aliqui idea neque affirmant neque negant; ergò &c.

Inibi idea sunt materia Judicii, ergò &c.

Reo Dist. ants extrinseca, concedo ants intrinseca, nego ants &c. consq.

Duplex est Judicii materia, externa quæ est id de quo pronunciat Judicium, interna, quæ ipsa constituit Judicii essentiam.

Negat id sunt materia Judicii extrinseca, sunt enim id de quo pronunciat Judicium: sed non sunt materia Judicii intrinseca, ad hoc satis est si non constituant Judicii essentiam: aliqui reo ità est; ergò &c.

Inibi sine ideis non potest esse Judicium; ergò &c.

Vel 1º retorqueo argumentum: Sine objecto visibili non potest esse visio; ergo objectum visibile est materia intrinseca visionis, creatura non potest esse sine creatore; ergo creatura pertinet ad essentiam creatoris: atqui hæc falsa sunt; ergo Ve:

Vel 2º ex. consqm: Licet enim sine ideis non possit esse judicium, sequitur tantum ideas esse aliquid judicio ferendo prærequisitum; non vero ideas esse materiam intrinsecam judicii; ergo Ve:

Insuper judicium potest dividi; ergo Ve

Vel Dist ants methaphisicè, consdo ants, physicè nego ants et consqm:

Res dividitur methaphisicè quia dividitur genus in suas species, seu cujus

idea convenit multis speciebus diversis.
res est divisibilis physicè cùm constat
multis partibus à se invicem separabilibus.

verò judicium potest dividi methaphysicè, idea enim judicii convenit judicio affirmanti et neganti, sed non potest dividi physicè cùm in eo non sint partes separabiles à se invicem et seorsim existendi capaces.

Articulus Secundus.

De Judicii Subjecto.

per subjectum judicii intelligenda est facultas judicii productrix. Triplex autem est anima facultas, intellectus verum aut falsum prosequitur, voluntas et facultas qua ferè bonum aut malum versatur, Libertas est anima

potestas agendi vel non agendi hîc et nunc in iisdem circumstantiis. hîc quæstionem de principii momento ꝙm̃ pertractant ad quam nimirum facultatem judicium pertineat. nostram sententiam argumentationis causâ hîc exponimus, itaque sit

ꝙꝑo

Judicium pertinet ad intellectum

ꝓbr̃ Judicium est assensus vel dissensus: atqui assensus vel dissensus pertinet ad intellectum.

ꝓbr̃ mîn. ad hoc satis est si intellectus sit assentiri vel dissentire: atqui intellectus est &c. ꝓbr̃ mîn. illius facultatis est assentiri vel dissentire, cujus est cognoscere verum aut falsum: atqui intellectus est cognoscere verum aut falsum; ergò &c.

ꝓbr 2o. vel Judicium est actus intellectus vel voluntatis; atqui posterius dici negat.

ꝓbr mīn. nullus enim est actus voluntatis, qui non sit velle aut nolle: atqui Judicium non est velle aut nolle:

ꝓbr mīn. si Judicium est velle aut nolle, cūm Judico v.g. me esse miserum, sensus est volo me esse miserum: absurdum consq̃s ergo est antē; ergò Judicium non est velle aut nolle; ergò &c. ergò &c.

Solvuntur Objectiones.

Obīs Judicium est Liberum; ergò pertinet ad voluntatem.

Rō Dist antē est Liberum in causâ imperante, concedo antē; in causâ elicente nego antē et consq̃.

itaque Judicii duplex est causa, imperans et eliciens. prior intellectum applicat ad contemplationem objecti alicujus; aut illum ab illâ contemplatione abducit. causa eliciens Judicium producit tanquam actum sibi proprium.

Fateor Judicium ejse liberum in causâ imperante; quando enim habitudo idearum non optimè percipitur, voluntas applicat intellectum ad contemplationem objecti et quorundam motivorum, aut illum ab eâ avocat: sed non est liberum in causâ eliciente; causa enim Judicii productrix, est intellectus, qui est potentia necessaria; ergò &c.

insbo Judicium non potest esse Liberum, nisi sit Liberum in causâ eligente; ergo &c.

Nō er. antē verè enim Liberum est Judicium ubi imperatur a potentiâ Liberâ: atqui licet Liberum non sit in causâ eligente, imperatur à potentiâ Liberâ, nempè à voluntate; ergò &c.

Verò visio qua profectò Libera non est in oculis, seu in potentiâ proximâ, verè tamen est Libera; quia imperatur à facultate Liberâ, nempè à voluntate; ergò a pari &c.

insbo actus non potest concipi Liber, nisi qatenus dicitur à potentiâ Liberâ; ergo &c.

Nō er. antē, ut actus concipiatur Liber, sufficit ut imperetur à causâ Liberâ: atqui imperari potest à causâ liberâ;

quamvis à potestate Liberâ non eliciatur, ut constat de visione et ergo liber actu potentia mobilis; ergo &c.

IMBO Sequeretur actum ese Liberum esse, licet eliciatur à potentia necessariâ falsum consq ergo et ants.

NO cr. min, ut actus sit Liber, requiritur præcisè ut eliciatur sub imperio et ad nutum facultatis Liberæ: atqui Licet sit à potentia necessariâ, potest elici sub imperio et ad nutum facultatis Liberæ; ergò &c.

OBJ 2o Voluntas est causa erroris falsi Judicii; ergò Judicium elicitur à voluntate.

NO Dist ants est causa erroris imperans, concedo ants; causa eliciens nego ants et consq.

Itaque intellectus producit judicium erroneum, sed illud non producit, nisi quia imperio voluntatis aversus est ab illis considerationibus, quæ ad præcavendum tale judicium erant necessariæ: atqui hoc posito intellectus est causa cientis erroris, cujus est erroris ponitere: atqui solius voluntatis est imperare; ergò &c.

Probō illa facultas est causa cientis erroris, cujus est erroris ponitere: atqui solius est voluntatis ponitere; ergo &c.

Nō est. maj, ut enim facultatem erroris ponitat, satis est si illum liberè imperaverit, dum debuit prohibere et potuit, ut manifestum est; ergò &c.

Et verò voluntatis est ponitere actūs alterioris contrà legem positi,

v.g homicidii, latrocinii. Ve: atqui tamen actus ille non elicitur à voluntate, ergò voluntas est genitrix actûs cujus non est causa elicien; ergò Licet voluntas non sit erroris causa elicien, debet Ve.

INBIS meritum Judicii elicitur à voluntate, ergò et ab eâ elicitur error.

RD et: conseqn, meritum Judicii repetitur ex imperio voluntatis et est quid extrinsecum Judicio; error enim afficit ut ità dicam, Judicii entitatem, et proindè est quid intrinsecum Judicio; ergò Licet à voluntate elicitur meritum Judicii, non sequitur illam esse causam erroris elicientem.

INBIS assensus fidei pertinet ad voluntatem; ergò aliquod Judicium est actus voluntatis.

2do Dist ants, assensus fidei ut imperatus pertinet ad voluntatem, concedo ants ut elicitus nego ants et consqn. Itaque hoc sensu pertinet assensus fidei ad voluntatem, quod voluntas applicet intellectum ad considerationem amenitatis divinæ misteriæ credendæ propo nentis, et illum avocet à consideratione obscuritatis et incomprehensibilitatis ejus modi misteriorum; Sed assensus ille datur ab intellectu, quia solius est intellectus assentiri, ergò &c.

Instis. Saltem ista judicia ego amo, ego audi, pertinent ad voluntatem ergo &c

2do Dist ants pertinent ad voluntatem ratione materiæ concedo ants ratione sui nego ants et consqn

Verè illa prædicta Judicia pertinent ad voluntatem ratione materiæ; illorum Judiciorum materia est amor et odium; atqui amor et odium pertinent ad voluntatem ergo et facultas animæ ergo versatur circà bonum prosequendum, vel malum odio habendum; sed Judicia illa ratione sui specata non pertinent ad voluntatem; nam ratione sui considerata, nihil aliud sunt quàm sententia mentis statuentis me amare, me odisse: atqui talis sententia non pertinet ad voluntatem; ergò &c.

Caput secundum:

De propositione:

Ut propositionem præsentem accurate pertractemus, oportet sub duplici

respectu ~~ppones~~ considerare, solitarie
sedulet ~~recomparate~~ ad se invicem:

Articulus primus.

De ppoonibus solitarie sumptis.

ppones solitarie sumptas expendentia
~~dria~~ occurrunt, natura, dotes et species.

paragraphus primus.

De naturâ propositionis.

ppō est judicium mentale vocibus
expressum, seu oratio qua unum de
alio enunciatur. quare dria in ppone
necessario sunt distinguenda, subjectum,
attributum et copula, ut quæ expositæ
sunt.

Hæ enim dria tribus sæpe distinctis
vocibus, exprimuntur, ut petrus est
doctus; sæpe duabus tantùm, ut petrus

amat; sapé unicâ voce, ut amo.
verba autem multa non solùm eo quam significant, sed etiam personam
quæ tenet Locum subjecti et attributum
igitur decomponenda sunt prædicta
verba ut hæc omnia secernantur: hinc
1º verba, quæ dicuntur impersonalia,
sic semper resolvenda sunt ut subjectum, attributum et copula deprehendantur,
v. g. fluit, id est fluvius est Cadens;
Licet, id est, res est licita; me pœnitet
id est, pœna est existens in me.

Paragraphus Secundus.

De Propriis Dictionum Dotibus.

Dotes propriis sunt ejus proprietates
quæ duplicis generis distinguuntur,
internæ scilicet et externæ: internæ

ꝓꝓonis ꝓrꝓrietates sunt inseparabiles à ꝓꝓone; externæ verò separari possunt à ꝓꝓone.

ꝓꝓonum internis ꝓrꝓrietatibus annumerantur quantitas et qualitas.

Quantitas est extensio subjecti in ꝓꝓone.

Qualitas est affirmatio vel negatio; quantitas terminos afficit, qualitas verò copulam.

Quantitas ꝓꝓonis triplex; universalis, particularis et singularis, de quibus antea diximus.

Quantitas universalis triplex, methaphisica, ipsâ subjectum ꝓꝓonis sumitur secundum omnem omninò extensionem absque ullâ exceptione

possibili; sic ista ppō, omnis homo est animal.

Quantitas physica, quæ subjectum ppōnis extenditur ad universam multitudinem, modò serventur consueta Leges naturæ; quemadmodum si dixeris, omnis Lapis sursum projectus et sibi permissus tendit deorsum.

Quantitas moralis, qua subjectum secundum majorem sua extensionis partem intelligitur, v. g., omnes juvenes sunt inconstantes, omnes senes præteritum laudant; idest plerique juvenes sunt inconstantes, plerique senes præteritum laudant; quæ propter ejus generis ppōnes exceptionem est quidem satis magnam

admittunt.

hinc 1º ex his universalibus moraliter conclusio singularis malè deduceretur, quæ ad summum probabilior esset, quando quæ falsa, sic quæ injuriosa esse posset v.g. ex eo quod verum sit omnes mulieres esse loquaces, hanc talem mulierem loquacem esse concludendum non est.

hinc 2º immeritò oriretur mulier quæ eadem propone Lesam se putaret, cum ejusmodi propones de his, quæ ut plurimum fiunt, instituta sunt.

Propō indefinita cujus definitionem antea exposuimus vel est in materiâ necessariâ vel contingenti.

Propō indefinita in materiâ necessariâ revocatur ad universalem methaphisicè; Talis est ista propositio,

homines sunt rationales.

∀∀ indefinita in materiâ contingenti qua patet consectum naturâ eorum universalis est physicè, id est nullam pati potest exceptionem nisi mutatis Legibus physicis; ut ista ∀∀, homines habent tantùm duo brachia, si ∀∀ indefinita in materiâ contingenti patet mores hominum censetur universalis moraliter, v.g. ista ∀∀, mater amat Liberos, aperte significat omnem matrem, si naturalibus propensionibus obtemperet, amare Liberos.

∀∀ indefinita, qua narrat aliquod factum historicum, particularis habetur. sit Enim in exemplum hac ∀∀ scriptura: milites fleentes

Cordiam spineam vinxerunt capiti Christi: Sensus est profecto non omnes, vel pleros que milites, sed quosdam tantum id fecisse quod narratur; et hæc restrictio conijcitur esse in mente loquentis.

Observat auctor artis cogitandi aliud quoddam esse ꝙꝙonum indefinitarum genus, quorum subjectum est terminus collectivus, v.g. societas, populus, eas que ꝙꝙones revocat ad singulares; nam dum dicitur v.g. romanos triumphasse de Carthaginensibus, neque universalis neque particularis est ꝙꝙo; non est universalis, quia de omnibus romanis dici non potest, quod vicerint Carthaginenses, alioquin ꝙꝙo foret falsa; non est particularis

nam dum dico à romanis victos
Carthaginenses fuisse, plus affirmo quam
si dicerem, quidam romani vicerunt
Carthaginenses; est igitur illa ꝓpo
sitio singularis, quia nempe quilibet popu
lus consideratur ut una persona
moralis pluribus seculis durans et
agens per eos ex quibus componitur
sicut homo agit per sua membra;
hinc quasi de iisdem romanis
dicitur quod, cùm fuerint à gallis
superati, gallos postea cæsaris tempo
re devicerint, licet ex his qui victi
fuerint a gallis nullus fuerit sup
erstes tempore cæsaris.

Quæres quid requiratur ut ꝓꝓõ sit negans
Rõ requiritur ut negatio ipsam copulam
afficiat: nam ut ꝓꝓõ sit negans attribu-
tum ejus et subjectum debent à se ipsis
segarari: atqui ut attributum et subjec-
tum ꝓꝓõnis à se ipsis segarentur, negatio
debet affiere copulam; negatio enim
destruit effectum copulæ; ergò Re. ergo Re.
Observandum est ex qualitate et
qualitate comparatis in ꝓꝓõne quadru-
plicem exurgere ꝓꝓõnis speciem, univer-
salem affirmantem, universalem negantem,
particularem affirmantem et particularem
negantem: quatuor illæ ꝓꝓõnes litteris
vocalibus designantur in Logicâ 1 ut videre
est duobus sequentibus versibus:

Asserit A, negat E, verum generaliter
ambo;

aperit i, negat o, verum particulariter ambo.

inter præcipuas ppōnis dotes æternas annumerari possunt Veritas, Claritas, Brevitas et ordo, quibus vitia opposita sunt, falsitas, obscuritas, prolixitas et confusio.

Veritas ppōnis est conformitas enunciationis cum objecto suo.

Ad intelligentiam Thesis sequentis ppōnem distinguimus grammaticalem et Logicam.

ppō grammaticalis est ea, in qua consideratur Terminorum ordo præcisè et verborum.

ppō Logica ea est in qua sensus consideratur.

ppõ prima.

Quelibet ppõ est vera aut falsa:
pbr veritas ppõnis est ejus conformitas cùm objecto suo, falsitas verò ejus difformitas ab objecto suo: aliqua omnis ppõ vel est conformis objecto suo vel difformis à suo objecto; nam vel enunciat id quod est enunciandum, vel non: si prius, est conformis objecto suo, si posterius, difformis est ab objecto suo; ergò &c: ergò &c.

Obiẽs 1o. veritas et falsitas ppõnis simul abeũt à ppõne Logicâ, ergo &c.
Rñdeo tr. antẽ propter rationes allatas.
Obiẽs ppõ est indifferens ad veritatem aut falsitatem; ergò &c.

Nō er. cons$\overline{\text{qn}}$ ex antecedente sequi-
tur tantùm $\overline{\text{qq}}$ōnem posse esse veram
aut falsam indis criminatim, non vero
veritate simul et falsitate posse carere;
quemadmodum ex eo quod corpus sit
indifferens ad rotunditatem et aliam
quamlibet figuram non sequitur ipsum
posse rotunditate et aliâ qualibet figurâ
carere, sed tantùm hanc vel illam
figuram ipsi non magis competere
quàm aliam.

Obiēs 2o. $\overline{\text{qq}}$ōnes quæ dicuntur falsi-
ficantes neque veræ sunt neque falsæ; si-
quidem ubi supponuntur veræ, sequitur
eas esse falsas, et viciss$\overline{\text{im}}$: in exemplum
sint istæ $\overline{\text{qq}}$ōnes ex quibus de cæteris
ferri potest judicium.

1º Supponitur in Libro Scriptas ẽpõ multas ꝓpõnes, qiã quidem omnes falsæ sint; tum ad Calcem ejusdem Libri scribi hanc ꝓpõnem: omnes ꝓpõnes in hoc libro contentæ sunt falsæ: porrò hæc ultima ꝓpõ neque vera est, neque falsa: nam si vera supponatur hoc ipso falsa est, quia affirmat omnes ꝓpõnes in Libro contentas ẽpõ falsas, cùm ipsa qua in eodem Libro continetur sit vera: si falsa dicatur, hoc ipso vera est, quia affirmat omnes ꝓpõnes in Libro contentas ẽpõ falsas.

2º. Supponitur homo quidam pontis alicujus custodia propositus ea Lege ut in fluvium projiciat, quis quis falsum dixerit. accedit aliquis et dicit, Tu me projicies in fluvium: ——

quid in illo casu faciet custos? Si hunc hominem projiciat, ipse verum dixit, nec proinde debuit in fluvium projici: Si non projiciat, falsum dixit, eamque ob causam erat projiciendus.

5°. Supponitur etronachus tandiu jejunare quous donec ab aliquo convincatur qui falsum dicat; occurrit alter, qui sic eum alloquitur: satis jejunasti: si vera est ista ooo non satis jejunavit, quia jejunare quous est donec ad summum aliquis falsum dicens; ac proinde falsa est; si falsa est, satis jejunavit etronachus, ac proinde vera est ooo.

Nec ooones falsificantes esse ejusmodi de quibus dici potest, stultum est difficiles habere nugas; ab his

enim magis te facilè expedies, si attenderis ad objectum propositionis, male enim repeteretur ab officio aut intentio personarum loquentium: sic quæ prædicta propositiones vel sunt grammaticales, id est constantes syllabis et vocibus quibus nihil volumus aut possumus significare, et nihil proindè significant; vel si aliquid significant, horum alterutrum sit necesse est, aut conveniunt cum re significatâ, et tunc sunt veræ, aut non conveniunt, et tunc sunt falsæ: sic v.g. si homo accedens ad custodiam portûs projiciatur in flavium vera est ejus propositio, tu me dejicies in flavium, si non projiciatur falsa est.

Insbis ista ppō, Ego mentior, negpe vera est negpa falsa, prolata ab homine qui antea nihil dixit. non est vera, quia si vera est, jam non mentior; non falsa est, quia si falsa est, eo ipso mentior, adeo qui vera est.

Ista argumentatio nititur suppositio falso; supponit enim hoc verba sic prolata efficere veram ppōnem: atqui non efficiunt veram seu Logicam ppōnem. nam illa verba non efficiunt ppōnem Logicam quia non respiciunt aliquod objectum à ppōne distinctum; omnis enim ppō Logica, cum sit interpres judicii mentalis, debet habere objectum à se ipsâ distinctum: atqui prolata verba non respiciunt objectum à se ipsis distinctum: supponitur homo qui profert

verba ista antèa non locutus; ergò voces, Ego mentior, non respiciunt objectum à seipsis distinctum; ergò voces illæ non efficiunt veram ꝓpõnem; ergò 2º Vẽ ex. mẽ non prædicta ꝓpõ habet aliquem sensum ex istis, Sajé mentior; vel in re quam non ità pridem dixi mentitus sum; vel in re quam modo dicam sum mentiturus. Si verè Sajé mentior, si mentitus sum in re modo dicta, aut in re ꝑ modum dicendæ mentiturus sum, vera est ꝓpõ. Si in aliter est falsa: uno verbo illa ꝓpõ, ego mentior, vel respicit aliquod objectum vel non: Si prius, vera est aut falsa quod ex antèdictis constat. Si posterius; ergò non est ꝓpõ Logica.

instãs 2a. ppõ Logica non debet habere objectum à seipsa distinctum, ergo &c.

Rõ 2r. ant cum enim ppõ sit inter pres judicii mentalis, tam debet habere objectum à seipsa distinctum, quàm ipsum judicium: atqui &c; ergo &c.

ex propositionibus practicis, promissoriis et speculativis multa objici possunt, quæ vestris indagationibus relinquimus

ppõ Secunda.

nulla ppõ de verâ potest fieri falsa, aut vice versâ

pbr illa ppõ de verâ non potest fieri falsa, quia non mutat relationem ad objectum: atqui nulla ppõ mutat relationem ad objectum. si enim ppõ aliqua mutaret relationem ad objectum, præsertim relationem Temporis: atqui ppõ nullatenus mutat relationem

temporis; respicit enim semper instans
quo prolata est; ergò &c. ergo &c. ergo &c.

Obiĕs 1o. ista ppō, petrus studet, vera
pro instanti A potest fieri falsa pro
instanti B, quo petrus desinit studere, ṅō &c.

Rō er. antē ppō prodicta diversis instan
tibus non est eadem ppō; differentia
enim temporis pertinet ad attributum,
et proindè mutatis instantibus, mutatur
ppō; ergò &c.

Inobiĕs mutato instante non mutatur
ppōnis sensus; ergò &c.

Rō er. antē mutato attributo mutatur
ppōnis sensus: atqui mutato instante
mutatur attributum ppōnis; ergo &c.

Obiĕs 2o. veritas qua semel convenit
ppōni potest ab eâ separari; ergò &c.

Nō er. antē illa ppō cui veritas semel convenit respicit semper idem objectum eandem que temporis differentiam; ergò semel vera eadem in eternum manebit; ergò &c

INSTIS 1º veritas est ppōni accidentalis; ergò &c

Nō Dist antē accidentalis ppōni eo sensu quod ppō quæ vera est potuit esse falsa, concedo antē, potuit fieri falsa nego antē et cons pn

Verā veritas est accidentalis ppōni eo sensu quod ppō quæ vera est potuerit esse falsa: fieri etenim potuit ut res non accideret eo modo quo per ppōnem declaratur, sed veritas non est accidentalis ppōni eo sensu quod ppō habitam veritatem posset amittere; nam ut

ppõ habitam veritatem amittere posset necessum esset, ut mutaret differentiam temporis: atqui ppõ non mutat differentiam temporis; ergò &c.

Instãs 2º admissâ illâ responsione ne veritas necessariò competeret omni ppõni: falsum consq ergo est ante.

Rõ Dist maj admissâ nostrâ responsione ne veritas competeret omni ppõni necessariò vel absolutè vel hypothetiè, concedo maj, absolutè semper nego maj et distinctâ minore ad eundem majoris sensum nego consqn.

Neverò veritas potest convenire alicui ppõni necessariò vel absolutè vel hypothetiè; hinc convenit necessariò absolutè ppõni, cùm ppõ nullatenus potuit esse falsa. veritas competit propositioni,

necessariò hipothetice cùm ex hipothesi ꝓpõ quæ sit vera, non possit fieri falsa.

Porrò non omni ꝓpõni veritas competit necessariò absolutè; sunt enim multæ ꝓpõnes quarum objectum potuit esse omninò aliter; sed veritas convenit omni ꝓpõni necessariò saltem hipothetice, si quilibet ꝓpõ ex hipothesi quod sit vera, non possit fieri falsa; ergò &c.

ꝓpõ Tertia.

nulla ꝓpõ potest esse falsa simul et vera.

Pbr verax ꝓpõ quandò enunciat id quod debet enunciare, falsa est contrà quandò enunciat id quod non est enunciandum: atqui eadem ꝓpõ non potest enunciare quod est enunciandum et simul quod non est enunciandum; illud utique

vel cantis per attendentiâ fit manifestum;
ut contrario ppõ risum moveat; ergò &c.

Nota. ppões aeterna veritatis sunt illa
quarum veritas à nullâ pendet temporis
differentiâ.

ppõ Quarta.

Dantur ppões aeterna veritatis

pbr ppões aeterna veritatis sunt illa
quarum veritas pendet à nullâ temporis
differentiâ: atqui dantur ejusmodi ppões;
dantur enim ppões in quibus essentialis
ac connectio inter subjectum et attribu-
tum: atqui ejusmodi ppõnum veritas
pendet à nullâ Temporis differentiâ;
res enim essentialiter connexa sunt
inseparabiles; ergò &c.

Solvuntur obJectiones.

Solvuntur objectiones.

Obïs 1°. Propos aeterna veritatis existerent ab aeterno: atqui non dantur ejusmodi propos, ergò &c.

Rõ cr. maj. propos aeterna veritatis sunt illæ quarum veritas pendet à nullâ temporis differentiâ: atqui propos in aliquâ temporis differentiâ existentes possunt esse tales ut earum veritas pendeat à nullâ temporis differentiâ; ejusmodi enim propõnum subjectum et attributum possunt esse essentialiter connexa; ergò &c; ergò &c

Instïs. propõ existens dumtaxat in tempore non est aeterna veritatis; ergò &c.

Rõ cr. antẽ veritas propõnis in tempore existentis potest niti ipsis rerum essentiis ac proindè esse independens ab omni

Tempore; atqui illa ppō erit aterna veritatis; ergò &c.

Inhōs illa ppō non est aterna veritatis cujus veritas est contingens: atqui ppōnis in tempore existentis veritas est contingens; ergò &c.

Hō er. min. Sit ista ppō in tempore existens, circulus est rotundus: atqui veritas illius ppōnis non est contingens; nam veritas illius ppōnis est ejus conformitas cùm objecto suo: atqui illa conformitas non est contingens, sed essentialis, ad hoc satis est, si rotunditas necessariò includatur in ideâ circuli: atqui res ità est; ergò &c.

Obīs 2o. Si daretur ppō aterna veritatis, illa spectaret deum vel creaturas: atqui neutrum dici potest; ergò &c.

Ad 1. min — quoad utrasque partes:

1º. De deo dari potest ens aeternum veritatis, illa, v.g. Deus est aeternus. attributum et subjectum illius entis sunt inter se essentialiter connexa.

2º. Dari potest ens aeternum veritatis quia potest creaturas; sit enim illa ens, cuius contingens non habet principium sua existentia: atqui illa ens est aeternum veritatis; veritas quippe ipsi essentialiter competit independenter à qualibet suppositione possibili; ergò de ipsis entia contingentia sunt mutabilia; ergò de illis fieri nequit ens aeternum veritatis.

Ad Dist. ans, mutabilia quoad existentiam, concedo ans, quoad —

essentiam nego ante et consequentia

vera — entia contingentia sunt mutabilia quoad existentiam, possunt enim existere vel non; sed non possunt esse mutabilia quoad essentiam, quorum essentia sunt immutabiles: atqui rerum contingentium essentia sunt immutabiles; nam illa sunt immutabiles quas Deus ipse mutare nequit: atqui rerum contingentium essentia à deo ipso mutari nequeunt: mutare enim rerum essentias, est efficere ut res remaneret in suo esse, mutato eo, per quod constituitur in suo esse: atqui id efficere non potest Deus; ergò Ve. ppõo Quinta.

℘℘ōō Quinta:

Omnes actiones humanæ sunt efficacia idearum signa:

℘ℬr. res ità est si non minus efficaciter affirmemus vel negemus actionibus quàm verbis: atqui illud verum est. Sint in exemplum aliarum actionum actiones duorum exercituum contrà se invicem districtis gladiis dimicantium: atqui actiones illæ, vulnera, ictus, &c. non minus efficaciter demonstrant illos exercitus esse hostiles, quàm si pronunciarent se ipsos animos hostiles gerere; ergò &c.

Ergò omnis actiō reduci potest ad ℘ōnem. ac quemadmodum omnis ℘ō est vera aut falsa, ità omnis

actio. hic Tractabimus quæstionem essentialem hisce infelicibus Temporibus de futuro contingenti et Libero. multos enim scio homines reperire dari qui sibi persuadere audent providentiam divinam et Libertatem sibi invicem non posse consociari: itaque

Quæstio momentosa an propositiones de futuro contingenti et Libero sint determinate vera aut determinate falsa.

Propositio de futuro contingenti et Libero est ppō, qua 1° non futurum enunciat, qua 2° versatur circa objectum quod potest esse vel non esse, qua 3° pronunciat de objecto pendente a causa Liberâ, id est actuum suorum dominâ;

Supponimus subjectum ꝓpõnis, de
quâ hîc quæstionem movemus esse sin
ulare:

per objectum determinatum nihil aliud
intelligimus quàm objectum aliquod
singulare distinctum à quolibet alio, et
in aliquâ temporis differentiâ exis
tens vel existurum; non verò intelligi
mus objectum statutum à voluntate
divinâ vel humanâ.

Triplici modo ꝓpõ potest esse determinate vera in se vel falsa, quandò scilicet in seipsâ est conformis vel
disformis objecto suo, sive illud cognos
catur sive non.

2º ꝓpõ est determinatè vera vel falsa
respectu nostri quandò illius veritas

vel falsitas nobis innotescit.
3º respectu Dei qui veritatem illius
aut falsitatem intuetur.

Tota Quæstio eo recidit utrum ꝓpõ
singularis de futuro contingenti et Libero
sit determinate vera aut determinate
falsa in se: his præmissis sit

ꝓpõ.

Quælibet ꝓpõ singularis de futuro
contingenti et Libero est determinate
vera vel determinate falsa in se:
ꝓbr illa ꝓpõ est determinate vera
vel determinate falsa in se, quæ est
determinate conformis vel difformis
obſecto suo: atqui quælibet ꝓpõ de
futuro contingenti et Libero est determi
nate conformis vel difformis obſecto
suo; sit enim ista ꝓpositio

Petrus disputabit: atqui illa ppō de futuro contingenti et Libero est determinate conformis vel difformis objecto suo.

Pbr mīn objectum enim illius ppōnis est disputatio petri: atqui Laudata ppō est determinate conformis vel difformis; nam petrus disputabit vel non, si prius; ergò gradita ppō est determinate conformis disputationi petri; si posterius; ergò illa ppō est determinate difformis disputationi petri ergò &c. ergò &c. ergò &c.

Solvuntur objectiones.

Obiō 1ª. Sit eadem ppō, Petrus disputabit: atqui illa ppō non est determinate vera aut falsa; ergò &c.

Vō er. min illa ppō vel enunciat quod futurum est, vel quod non est futurum; si prius, est vera, si posterius, est falsa; ergò &c.

Insbis illa ppō non habet objectum determinatum; ergò &c.

Vō er. ant illa enim ppō habet objectum determinatum qđ habet objectum singulare et distinctum à quo liber alio et in aliqua temporis differentia existiturum, vel non existiturum; atqui data ppō habet objectum &c; ergò &c.

Insbis. quod non est præsens, non est determinatum: atqui dies futatio petri non est præsens; ergò &c.

Vō er. maj. ut objectum sit determinatum, satis est si sit singulare &c ergò &c.

insb̃ quod non est prasens est merè possibile: atqui quod est merè possibile, non est determinatum; ergò &c.

&c. er. maj quod non est prasens potest po praleritum vel futurum: atqui quod est praleritum vel futurum non est merè possibile; quod enim est praleritum vel futurum, annexam habet temporis differentiam; dum é contrà quod est merè possibile nullam hab et adjunctam temporis differentiam; ergò &c.

insb̃ disputatio petri est merè possibilis. pbr̃ subsumptum. illud est merè possibile quod non magis est futurum quàm non futurum et vice versâ: atqui disputatio petri &c; ergò &c.

&c. er. min petrus est disputaturus vel non: si prius; disputatio petri

ut magis futura quàm non futura;
si posterius, illa disputatio est magis non
futura quàm futura; ergò &c.

insbis illud non magis est futurum quàm
non futurum cujus causa est indetermi-
nata: alterius causa disputationis est
indeterminata; ergò &c.

nō ex. min nam causa disputationis
est petrus: alterius petrus non est causa
indeterminata; est enim objectum
singulare distinctum à quolibet alio &c.
ergò &c.

insbis petrus non est determinatus ad
disputandum; ergò est causa indeter-
minata.

nō ex. consqm ut petrus sit causa
determinata, satis est si sit individuum
certum et distinctum à quolibet alio:
alterius licet petrus non sit determinatus

ad dis~~putandum~~, Tamen &c; ergò &c

Obiĕs 2o. ꝓpõ de futuro contingenti et
Libero ut indifferens ad veritatem vel
falsitatem; ergò &c:

—Rõ Distinguo ea sensu quod non sit
necessariò vera, vel necessariò falsa, concedo
antẽ, ea sensu quod neque vera neque
falsa simul esse ꝑ possit, nego antẽ et consequ.
verè ꝓpõ de futuro contingenti et
Libero ut indifferens ad veritatem vel
falsitatem ea sensu, quod si sit vera,
non est necessariò vera, et vice versâ,
sed non est indifferens ea sensu, quod
simul possit neque esse vera neque falsa:
nam objectum ꝓpõnis vel futurum est
ut enunciatur vel non; si primus, ꝓpõ
est vera; si posterius, est falsa; ergò &c

ins Bis objectum ejus modi ꝓpõnis potest
esse simul futurum, simul non

futurum; ergò &c.

Nõ ꝛ. cons^{a}ꝫ nam licet objectum
possit esse futurum et simul non esse
futurum, tamen revera est futurum vel
non; atqui ut dicta ꝟ simul possit
esse neque vera neque falsa, oporteret
ut ejusmodi objectum esset futurum
simul et non esset; ergò &c.

2°. Si Sillogismus sit negans unum extremum conjungitur cum medio termino, alterum vero ab eo separatur indè concluditur duo extrema separari à se invicem juxtà illud axioma, duo quorum unum convenit cum uno tertio alterum non convenit non conveniùnt inter se; ergò Sillogismus negans &c. — aliundè &c; ergò &c.

De regulis Sillogismi Simplicis, quæ Dicuntur Aristotelicæ.

Octo numerantur Sillogismi regulæ his versibus comprehensæ:

1ª. terminus esto Triplex, major medius que minor que.

2ª. aut Semel aut iterum medius tibi distribuatur.

3ª. præmissis nunquam conclusio Latior Esto.

4a. nil gemina possunt concludere particu-
lares.

5a. utraque si promissa negat nihil inde
sequetur.

6a. amba affirmantes nequeunt generare
negantem.

7a. deteriorem sequitur semper conclusio
partem.

8a. requiquam medium capiat conclusio
pas ut.

Regulas seqs in demonstraturi sumus.

Regula prima.

Terminus esto &c.

hæc regula significat tres ope debere
terminos in sillogismo, nec plures nec pau-
ciores, ut bene concludat.

pbr. Sillogismus est oratio demonstrans
habitudinem duorum terminorum inter
se ex eorum habitudine cum tertio
termino: atqui in ejusmodi oratione
tres tantum debent ope Termini. —

nec plus nec minus, nempé duo termini quorum habitudo demonstratur, et tertius cujus ope demonstratur.

Regula Secunda.

Aut semel aut iterum &c.

Cujus regula sensus medium Terminum debere sumi aut semel aut bis universaliter distributivé.

Dmr. Si enim medius terminus non sumeretur saltem semel universaliter sumeretur bis particulariter: atqui medius Terminus non debet sumi bis particulariter ex primâ regulâ. Tres tantùm ope debent termini in Syllogismo: atqui si medius terminus sumeretur bis particulariter, non tres tantùm essent in Syllogismo termini; etenim medius terminus bis particularis posset sumi duplici sensu, sicque duobus terminis æquivalere; ergò &c.

hinc peccat sequens sillogismus:

{ omnis homo est animal:
alyis omne brutum est animal;
Ergò omne brutum est homo.

Dixi distributivè, si enim medius terminus universaliter sumptus esset collectivus terminus, vitio laboraret sillogismus.

v.g.

{ omnes apostoli erant Duodecim:
alyis petrus et paulus erant apostoli
Ergò petrus et paulus erant duodecim.

Regula Tertia.

Præmissis nunquam conclusio Latior esto.
id est nullus terminus Latius patere debet in conclusione quàm in præmissis.

pbr. Si quis terminus in conclusione quàm in præmissis Latius pateret, universalius scilicet, universale ex particulari vel singulari concluderetur: —

atqui illud sic statui negrit; universale enim non continetur in singulari et particulari; sed è contrà; ergò &c.

Hæc regula tam evidens est et perspicua, ut apud multos Logicos sit axioma, quod sola explicatione vel exemplo fit indubitatum: contrà hanc regulam sæpius peccat autor Libri De l'Esprit. Hinc peccat sequens syllogismus:

{ omnis Scholasticus est studiosus:
atqui Petrus non est Scholasticus;
ergò Petrus non est studiosus. }

Regula quarta:

Nil gemina possunt concludere particularia.

Id est non potest rectè concludi ex duabus propositis particularibus.

Fbr. Si rectè posset concludi ex duabus propositis particularibus, vel affirmativè vel negativè: atqui neutrum dici potest; non prius; ut enim sic posset

conludi in prædicto Casu, oporteret ut præmissa essent amba affirmantes et particulares: aliqui non potest concludi ex duabus Ve; nam quandò termini sunt ejus modi, omnes Termini in illis contenti sunt particulares; ergò medius Terminus in præmissis sumitur bis particulariter: aliqui ex regulâ secundâ concludi recte non potest quandò medius terminus sumitur bis particulariter; ergò quandò præmissa sunt amba affirmantes et particulares, recte non potest concludi; ergò Ve.

Hinc pendet sequens Syllogismus:

{ aliquis homo est stultus:
aliqui aliquis homo est sapiens;
ergò aliquis stultus est sapiens. }

2o. non potest concludi negative ex duabus præmissis particularibus.

pBr. quandò conclusio est negans, una tantùm præmissa potest esse negans:

aliqui non potest concludi negative ex duabus propositis particularibus quando una tantum proposita est negans.

Probatur minor. nam ut conclusio sit negans debent esse in propositis duo termini universales, predicatum scilicet conclusionis et medius terminus: aliqui quando duae propositae sunt particulares et una tantum negans, non sunt duo termini universales in propositis, sed unicum attributum propositae negantis; ergo non potest concludi negative ex duabus propositis particularibus quarum una tantum est negans; ergo

Hinc fiunt sequentes syllogismi:

{ aliquis homo est animal:
aliquod animal non est rationale:
ergo aliquis homo non est rationalis.

{ Aliquis homo est Justus:
aliquis angelus non est homo;

ergò aliquis angelus non est justus.

Regula quinta.

utraque si promissa negat, nihil indè sequitur.

Idest ex duabus promissis negantibus inferri non potest conclusio legitima.

p̃r. quandò amba promissa sunt negantes, duo extrema separantur à medio termino: — aliquà quandò duo extrema separantur à medio termino, nihil potest concludi: si enim quid concluderetur, vel duo extrema convenire inter se, vel non convenire: aliquà neutrum dici potest; non primum, non nisi enim cùm duo extrema conveniunt cùm medio termino, sequitur ea convenire inter se; ergò 1°. &c.

non secundum, ut enim concludatur duo extrema non convenire inter se, — requiritur ut unum cùm medio termino conveniat, alterum verò cùm eodem non conveniat; ergò &c.

Regula Sexta.

amba affirmantes nequeunt generare negantem;

Idest concludi non potest negative ex duabus premissis affirmantibus.

Pbr. quando premissa sunt affirmantes, duo extrema conveniunt cum medio termino, ergò conveniunt inter se, posità illud principium, quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se; ergò Duo extrema non possunt separari in conclusione; ergò quando amba premissa sunt affirmantes, conclusio non potest esse negans.

Regula Septima.

Seqorem sequitur semper Conclusio partem;

Idest si una premissa est negans, conclusio debet esse negans, si una premissa sit particularis, conclusio debet esse particularis.

I°. Si una premissa sit negans, conclusio debet esse negans; Conclusio enim debet

spe negans, quando Duo extrema separari debent in conclusione: atqui quando una præmissa est negans, Duo extrema debent separari in conclusione.

pbr minor. quando una præmissa est negans unum extremum separatur à medio termino quicum conjungitur alterum extremum; ergò quando una præmissa est negans, duo extrema separantur à se invicem; ergò separari debent in conclusione; ergò 1o &c.

2o. quando una præmissa est particularis, conclusio debet esse particularis.

pbr. illa conclusio debet esse particularis quæ nec universalis affirmans, nec universalis negans esse potest: atqui quando una præmissa est particularis, conclusio nec universalis affirmans &c.

1o non potest esse universalis affirmans; nam si esset universalis affirmans, ejus subjectum seu minus extremum esset universale et proinde sumi deberet

universaliter in minore propōne; alium
de medius terminus debet ese saltem simul
universalis; ergò in illis duabus præmi-
ssis affirmantibus quarum altera tantùm est
particularis duo reperiri deberent termini
universales: atqui in illis reperiri non
possunt duo termini universales: nam
subjectum et attributum præmissæ parti-
cularis sunt particularia; attributum
verò alterius præmissæ utpotè affirman-
tis est particulare; ergò superest unicus
terminus qui possit esse universalis;
ergò conclusio non potest esse universalis
affirmans; ergò 1°. Vc:

Hinc fiunt sequens sillogismus:

{ omnis avis est alata:
atqui aliquod animal est avis;
ergò omne animal est alatum.

2°. Conclusio non potest esse universalis
negans quandò una præmissa est parti-
cularis; nam una saltem è præmissis

est universalis: alias conclusio non potest esse universalis negans quando una solum præmissis est universalis.

pbr minor. ut conclusio esset universalis negans, deberent esse in præmissis tres termini universales, nempe subjectum et attributum conclusionis et medius terminus: alias quando una solum præmissa est universalis, non possunt esse tres termini universales.

pbr minor. una præmissa est particularis; ergo ejus subjectum est particulare; una præmissa est affirmans; ergo ejus attributum est particulare; ergo reman-ent tantum duo termini universales in præmissis; ergo quando una tantum præmissa est universalis conclusio non potest esse universalis negans.

Regula octava.

Regula octava.

nequaquam medium capiat conclusio faciat; id est medius Terminus reperiri non debet in conclusione.

Ex. gr. ideò medius terminus assumitur, ut cum illo duo extrema comparentur eorumque vera detegatur habitudo: atqui illa comparatio non fuit nisi in promissis; ergò &c.

Solvuntur objectiones.

Obiect.o possunt esse quatuor termini in Sillogismo; nam medius terminus potest sumi duplici sensu; ergò &c.

Nò est contra probationis, si medius terminus sumeretur duplici sensu, duo extrema non comparerentur cùm eodem tertio à medio termino; ergò nihil potest concludi quando duo extrema non comparantur; ergò non possunt esse quatuor termini in Sillogismo.

INSBIS 1° medius terminus potest sumi universaliter in una præmissâ et particulariter in alterâ: atqui tunc sumitur duplici sensu: ergò &c.

Ad ex. min: medius enim terminus particulariter sumptus includitur in medio termino universaliter sumpto; ergò tunc non sumitur duplici sensu.

INSBIS 2°. Terminus sumptus particulariter in una præmissâ et universaliter in conclusione non est idem terminus; ergò à pari medius terminus particulariter sumptus, licet includatur in medio termino universaliter sumpto, non est idem terminus.

Ad ex. Conym et paritatem: ratio disparitatis est quod terminus positus in conclusione debeat deduci ex termino posito in præmissis; ergò debet in eo contineri; id quod fieri non potest si latior esset in conclusione quàm

in præmissis, cùm latius non continetur in minùs lato; contrà verò particulare cùm contineatur in universali, nihil vetat aliquem terminum qui in præmissâ sumitur universaliter distributivè sumi debere particulariter in alterâ præmissâ; tunc enim nihil dicitur quod non queris æquivalenter dictum prius in præmissâ, quia terminum sumptum universaliter distributivè continet.

Obiis 2°. medius terminus potest sumi bis particulariter, ergò &c.

Resp. tam medius terminus potest sumi bis particulariter quàm major et minus extremum: aliquè major et minus extremum possunt sumi bis particulariter.

Ad 2. maj. et paritatem. dis paritas est quod si medius terminus sumeretur bis particulariter, duo extrema non convenirent cùm eodem tertio. Termino

ac proindè non conjungentur inter se:
Licet enim duo extrema sumantur bis particulariter, nihilominùs possunt conjungi inter se ope medii termini modo sit idem; ergò licet major et minus extremum possint sumi bis particulariter, non inde concludendum est medium terminum posse eodem modo accipi:

Ut res clarior evadat, sit iste Syllogismus:

{ Omnis homo est rationalis:
Aliqui omnis homo est visibilis;
Ergò aliquod visibile est rationale:

In illo Syllogismo medius terminus sumitur bis universaliter, duo extrema bis particulariter sumuntur; alter Terminus rationalis et Terminus visibilis conjunguntur cùm omni homine; ergo illi termini conjunguntur inter se; ergo &c.

Obies 3°. potest concludi ex duabus propositionibus particularibus, sit iste Syllogismus:

{ Aliquis Doctus est Joannes:
Aliqui aliquis homo est Joannes;
ergò aliquis homo est doctus.

atqui ille Sillogismus concludit recte ex duabus præmissis particularibus; ergò Re. Rō ex 8. min: Joannes est subjectum ultimæ propōnis; at enim Terminus singularis cui humanitas et Scientia tribuuntur; ergò Laudatus Sillogismus non concludit ex præmissis particularibus.

inōbis. propōnes possunt converti; ergò subjectum ultimæ propōnis non est Joannes.

Rō Dist ants. converti ità ut conversa sit inversa et non naturalis, concedo ants, naturalis et directa nego ants et consqm.

Obiect°. potest concludi ex præmissis negantibus, sit iste Sillogismus:

Alexander non est pauper:
atqui alexander non est Beatus;
Ergò aliquis non pauper non est Beatus.

recte concludit iste Sillogismus ex duabus præmissis negantibus, ergò Re.

Vol 1o Transeat totum argumentum quia syllogismus non est simplex ut potè qui habeat conclusionem & per te et majorem occulte constantem terminis infinitis, ac proindè non simplicibus.

Vol 2o. cr. mîn. — ad hoc satis est si major non sit negans: atqui res ità est; negatio enim non cadit in copulam, sed in terminum pauper; nisi enim res ità sit, minus extremum in conclusione erit non pauper et in eâ propositione erit pauper; ergò erunt quatuor termini; ergò ut tres sint tantùm termini, negatio debet cadere in terminum pauper qui sit infinitus.

Obies 5o potest concludi affirmativè unâ premissâ negante, sit iste syllogismus:

Quidquid non est corporeum est spiritale:
atqui anima non est corporea;
ergò anima est spiritalis.

ille Sillogismus concludit affirmative ex præmissâ negante.

2do ex. min. Subjectum majoris est terminus infinitus; ergò negatio quæ est in minore cadit in terminum Corporea; ergò major et minor affirmant.

Obs. generatim et ultimò. illæ regulæ sunt insufficientes, quibus servatis sit falsus Sillogismus: atqui servatis &c. Sint enim isti Sillogismi:

{ Omnis qui Littus arat, Ceres Vomere:
atqui omnis qui Littus arat operam perdit;
ergò omnis qui operam perdit, Ceres vomere.

{ tu non es quod ego Sum:
atqui ego Sum homo;
ergò tu non es homo.

{ homo est Species:
atqui Petrus est homo;
ergò Petrus est Species. }

{ habes corpus quod infans habebas:
atqui infans habebas corpus Divedale;
ergò habes corpus Divedale.

{ omnes electi sunt vocati:
atqui pauci sunt electi;
ergò pauci sunt vocati.

atqui in istis Syllogismis servantur nostra regula et tamen peccant; ergò &c.

Ad 1. min: conclusio primi Syllogismi Latiùs patet quàm præmissa; terminus enim omnis qui operam perdit est universalis in conclusione, dum erat particularis in minore:

Ad secundum Syllogismum: Terminus homo est universalis in conclusione et particularis in minore:

Ad tertium Syllogismum: homo sumitur abstractè in majore et in minore pro subjecto determinato.

Ad Quartum Syllogismum: corpus sumitur in majore pro substantiâ, et in minore

pro substantiâ tali extensione donatâ ad quintum sillogismum. Terminus vocati latiùs patet in conclusione quàm in præmissis; nam conclusionis sensus est; omnes vocati sunt fauci; sumitur ergò universaliter dum in majori sumitur particulariter utpotè attributum propõnis affirmantis.

De figuris sillogismorum

figura sillogismi est dispositio medii termini cùm duobus extremis ad concludendum idonea; unde tot sunt variæ figuræ, quot sunt varii modi, quibus medius terminus in præmissis disponi potest cùm duobus extremis, ità ut valeat conclusio. Tres tantùm figuras admisit Aristoteles, primam in quâ medius terminus est subjectum majoris et prædicatum minoris; secundam in quâ medius terminus est attributum majoris et minoris; tertiam in quâ medius

terminus est subjectum ultimus que premissa.

galenus quartam excogitavit in qua medius terminus est predicatum majoris et subjectum minoris. Quatuor illa figura hoc versu continentur.

Subpra tum pra pra, tum sub sub, denique pra sub.

De modis syllogismorum.

modi syllogismorum dicuntur dispositiones propoonum syllogismi apta ad concludendum. si modus ex syllogismi cuiuscunque dispositio propoonum darentur 64 modi; varia enim propoones designata per quatuor vocales, a, e, i, o, possunt inter se ordine ternario combinari 64 modis diversis, cum enim syllogismi modus sit artificiosa propoonum dispositio in ordine ad concludendum, inutiles haberi debent combinationes quata ex pas non sequitur legitima

conclusio: porrò combinationes ejus modi sunt 64, undè supersunt decem tantùm modi Legitimi; tamen relativè ad diversas figuras 19 numerantur. ex illis modis alii concludunt affirmativè, alii negativè: omnes modi qui habentur Legitimi exprimuntur singuli singulis vocabulis Barbaris quidem, sed ingenio sè excogitatis, qua memoria juvandæ causâ quatuor versibus sequentibus exprimuntur

Barbara, celarent, darii, ferio, baralipton,
Celantes, dimatis, fabesmo, frisesomorum,
Cesare, camestres, festino, baroco Darapti,
Felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

nota primò quòd diximus unumquodque vocabulum designare aliquem modum, pariter tres prima cujuscunque vocabuli syllaba tres syllogismi propositiones indicant, prima nempè majorem, secunda minorem,

tertia conclusionem. Sequitur sunt syllaba
praeter tres primas ut in Baralipton et
tres Somorum nihil significant et modi
tantum causa addantur.

Quæ vocales a, e, i, o designant quantitatem
et qualitatem propositorum quæ ad singulas
pertinent figuras.

Hic juvat modorum cujuscumque figura
seu schema quoddam subjicere.

modi primæ figuræ

Bar... omne bonum est amandum:
ba... aliqua omnis virtus est bona;
ra... ergo omnis virtus est amanda.

Ce... nullum bonum est fugiendum
la... aliqua omnis virtus est bona;
tent... ergo nulla virtus est fugienda.

Da... omne vitium est indecorum:
ri... aliqua audacia est vitium;
i... ergo aliqua audacia est indecora.

fe... nullum vitium est laudandum.
ri... aliqua curiositas est vitium;
o... ergò aliqua curiositas non est laudanda.

Modi secundæ figuræ.

Ce... nullum extensum est simplex.
sa... aliquis omnis spiritus est simplex;
re... ergò nullus spiritus est extensus.

Ca... omnis fortitudo est virtus.
mes... aliqua nulla temeritas est fortitudo;
tres... ergò nulla temeritas est fortitudo.

fes... nulla idea est falsa.
ti... aliqua operatio est falsa;
no... ergò aliqua operatio non est idea.

ba... omnis justus est amator Dei.
ro... aliquis homo non est amator Dei;
co... ergò aliquis homo non est justus.

Modi tertiæ figuræ.

Da... omne mysterium est obscurum.
rap... aliquod omne mysterium est certum;
ti... ergò aliquid certum est obscurum.

Ce... nullum misterium est menti humanæ
gervium:
Lap... atqui omne misterium est certum;
ton... ergò aliquid certum non est humanæ
menti gervium.
Di ... aliqua Tristitia est salutaris:
Sa .... atqui omnis Tristitia est molesta;
mis... ergò aliquid molestum est salutare:
Da ... omnis impius est miser:
Di .... atqui aliquis impius est dives;
Si .... ergò aliquis dives est miser.

BO .... aliqua voluptas non est honesta:
cor... atqui omnis voluptas est fœcunda;
do... ergò aliquid fœcundum non est honestum:

Se ... nullus sapiens est miser:
ri ... atqui aliquis sapiens est pauper;
son ... ergò aliquis pauper non est miser.

Modi Quartæ figuræ:

BA .... omne corpus est figuratum:
RA ... atqui omne figuratum est finitum;
Lip ... ergò aliquod finitum est corpus.

ca ... omne culpabile est Liberum:

Len ... atqui nullum Liberum est necessarium;

tes ... ergò nullum necessarium est culpabile.

Di ... aliquis doctus est vitiosus:

ma ... omnis vitiosus est fugiendus;

tis ... ergò aliquis fugiendus est doctus.

Je ... nullus homo est Brutum:

sap ... atqui omne Brutum est animal;

mo ... ergò aliquod animal est homo.

Fre ... nullus Lapis est animal:

Si ... atqui aliquod animal est homo;

So ... ergò aliquis homo non est Lapis.

paragraphus secundus.

De Syllogismo composito.

Syllogismus compositus est ille cujus una vel plures propositiones sunt compositæ. tres potissimùm à Logicis considerantur Syllogismi compositi species ad quas cætera possunt revocari; Syllogismus copulativus, ——

conditionalis et disjunctivus.

Diligenter expendenda sunt memoriæ quæ mandanda faciles regulas quas de syllogismis compositis tradituri sumus, eò quod frequentiùs adhibeantur quàm simplices, eorum que vitium non ità facilè perspiciatur vel sentiatur.

Syllogismus copulativus vulgò definitur ille cujus major propō est copulativa negans, quâ enunciatur duo attributa non posse simul eidem subjecto convenire; v.g. {nemo potest servire deo et pecuniæ: atqui avarus servit pecuniæ, ergò non servit Deo.

Regula syllogismi copulativi hæc est, ut legitimè concludat syllogismus copulativus, requiritur ut una pars majoris affirmetur in minore propōne et altera negetur in conclusione:

Regula patet tum exemplo allato, tum quia cùm major propō enunciet duo attributa non posse simul eidem rei convenire,

Si minor propō unum ex illis attributis de subjecto quodam affirmet hinc sequitur, nisi major propō falsa sit attentum attributum eidem subjecto non convenire.

Legitimus non est syllogismus cujus altera si una pars majoris propōnis in minore negaretur, altera verò pars in conclusione affirmaretur. ratio enim est aperta; major enim propō enunciat quidem duo attributa non posse simul eidem subjecto convenire, non verò dicit necesse esse, ut alterutrum attributum subjecto conveniat; quod diligenter observandum est.

Sine secat sequens syllogismus:

{ nemo potest servire deo et pecuniæ:
atqui prodigus non servit pecuniæ;
ergò prodigus servit deo.

De syllogismo conditionali.

Syllogismus conditionalis est ille, cujus una vel plures propōnes sunt conditionales; v.g.

{ Si avarus multa cupit, angitur desideriis.
atqui avarus multa cupit;
ergò avarus angitur desideriis.

Regula prima.

in Sillogismo conditionali affirmante antecedens conditionis debet affirmari in minore et consequens in conclusione:

Post hanc legitimus est Sillogismus, cùm conclusio recte deducitur ex promissis: atqui servatâ nostrâ regulâ conclusio &c. hanc enim conclusio recte deducitur ex promissis cùm enunciet tantùm id quod demonstratum est in promissis: atqui quandò in Sillogismo conditionali affirmante antecedens conditionis affirmatur in minore et consequens in conclusione, conclusio dicit tantùm id quod demonstratum est in promissis. nam in majori affirmatur veritas consequentis ex hypothesi quod verum sit antecedens, in minore affirmatur verum esse antecedens, ergò conclusio debet affirmare verum

spe consequens; ergò servatâ nostrâ regulâ conclusio enuncias tantùm id quod demonstratum est in promissis; ergò &c; ergò &c.

Regula Secunda.

Vitiosus est sillogismus conditionalis affirmans quandò consequens ponitur in minori, ut ex eo deducatur antecedens in conclusione.

POST. in majori propositione apponitur veritas consequentis ex veritate antecedentis suppositâ, non verò apponitur antecedens spe verum ex hipothesi quod verum sit consequens; veritas consequentis non importat veritatem antecedentis; ergò consequente posito in minori conclusio malè deducitur ex promissis, si antecedens affirmetur in conclusione; ergò vitiosus est sillogismus &c.

Regula Tertia.

Sillogismus conditionalis negativus est legitimus, quando excluso in minore

majorio consequente, excluditur antecedens in conclusione.

Pbr. Syllogismus est legitimus, quando conclusio recte deducitur ex præmissis: atqui servatâ nostrâ regulâ conclusio recte deducitur ex præmissis; ad hoc satis est, si exclusio consequentis importet exclusionem antecedentis: atqui res ità est; nam antecedens est conditio, consequens est naturalis conditionis consecutio: atqui exclusâ naturali conditionis consecutione excluditur conditio; ergò &c; ergò &c; ergò &c;

Regula Quarta.

Syllogismus conditionalis negativus est vitiosus, quando in minori negatur antecedens, ut in conclusione negetur consequens.

Pbr. consequens potest esse verum ex alio quàm ex antecedente; ergò exclusio antecedentis non importat exclusionem consequentis; ergò antecedente negato in minori, non ideò debet negari consequens in conclusione; ergò &c.

hinc vitiosus est sequens syllogismus.

{ si petrus currit movetur:
atqui petrus non currit;
ergò non movetur.

De syllogismo disjunctivo.

Syllogismus disjunctivus est ille cujus major est disjunctiva, id est, inter cujus partes reperiuntur particula disjunctiva vel, aut

regula syllogismi disjunctivi.

Valet syllogismus disjunctivus si in minore una pars disjunctivæ majoris admittatur, alia vel cætera partes excludantur in conclusione; valet etiam si exclusâ unâ parte majoris disjunctivæ vel pluribus, alia admittatur in conclusione.

Obs. illa regula sedulò est servanda, quam exigit syllogismi disjunctivi natura: atqui natura syllogismi disjunctivi ita exigit &c. nam syllogismus disjunctivus est ille cujus major est disjunctiva: atqui syllogismus cujus major est disjunctiva

exigit Ve: quandò enim major Sillogismus disjunctiva Sillogismus constat propositionibus perfecte oppositis: atqui quandò Sillogismus constat propositionibus perfecte oppositis ejus natura exigit ut si quodam pars admittatur in minore Ve; ergò Ve; ergò Ve;

Brevis Enumeratio Sophismatum.

Sophista nomen initio honorificum fuit, cùm Sophistes à Sapientiâ quam profitebatur, appellatus fuerit. verum multi subtilitate ingenii ad fucum aliis faciendum abusi sunt, ex quo factum est, ut omnes postèa, Sophista nomine, fallacia artificem intellexerunt.

Sophisma est argumentum in quo falsum aliquid concluditur ex praemissis, quae verae quidem apparent legitimè que disposita, licet falsa sint vel male disposita. Ad Regulis variorum Sillogismorum jam demonstratis Sophisma quodlibet cognosci ac dilui queat, tamen praecipuas exponemus fallaciarum species. Exemplis enim

quam præceptis sapé melius instituimur.

Prima fallacia vocatur ab aristotele, ignorantia elenchi, seu ignoratio rei probanda; fit quæ cùm id negatur quod non est in quæstione, vel quandò adversariis tribuitur sententia quam non defendunt.

Secunda fallacia vocatur petitio principii ea est quâ supponitur ut certum id quod est in controversiâ. idem apud sophistas, si quid per aliud sapé incertum vel ignotum probaretur.

Tertia fallacia dicitur non causa pro causâ quæ consistit in eo quod assignetur pro cujusdam effectûs causâ, id quod ejus causa non est. multis in illud sophisma labuntur incauti.

1° cùm ne videantur ignari, causas effectuum fingunt; quod superbia vitium non raro apud veteres obvium reperitur.

2° cùm alterius causa ope dicitur quod alteram antecedit. post hoc; ergò propter hoc. hinc creditum est cometarum

apparitiones, Lunæ vel Solis defectiones — signa spe fatalia morborum, penuriæ, bellorum.

3° cùm assignantur ut causa, quæ cùm effectibus cognationem nullam habere possint naturarum examen pereipiuntur. hinc si quis mulier ter aut quater geminam suam Lucendo die meruerit amiserit, hunc diem habet ut sibi infaustum.

Quarta fallacia est enumeratio imperfecta, de quâ antè.

Quinta fallacia dicitur accidentis, sit quæ cùm rei cuidam simpliciter et absolutè tribuitur, quod non tam rei ipsi quàm malè intentibus convenit; vel deducitur conclusio universalis ex eo quod tantùm verum est; ut si quis antimoniam ideirò à medendi arte velit amandari quasi noxium, quo d quibusdam nocuerit.

Sextum fallaciæ genus duplex est. fallacia compositionis et fallacia divisionis.

Sic ubi Christus cæcos videre dicit surdos que audire profecto non intelligit hæc duo in sensu composito seu conjunctim sumpta ejp vera, quasi dicerit cæcos dum caci sunt videre.

Ex aliâ parte cùm Paulus aperit mecos non ejp regnum calorum consecu turos intelligitur fornicatores qui in suo moriuntur peccato, non eos qui de peccatis egerunt pœnitentiam; idigitur verum est in sensu composito non verò in sensu diviso.

Septima fallacia vocatur transitus à dicto secundum quid ad dictum simpliciter aut vicissim, fit que, cùm ex eo quod sub aliquo respectu verum est concluditur verum simpliciter et sub omni respectu; quemadmodum si quis ex eo quod petrus sit parvus pœnis, concluderet petrum ejp parvum.

Octava fallacia, cùm enim ex re minus notâ impugnatur notior, v. g. dum materialista ex eo quod apparent principium vitæ in obscuris ejp materiale,

concludunt animam hominis esse materialem.

Nona fallacia est circulus vitiosus, cùm unum filius probatur per aliud, et vice versâ istud aliud per illud istum.

Decima fallacia est terminorum ambiguitas.

atque hæ proxima sunt fallaciæ, quæ intellectûs sophismata vocari solent.

Alii sunt errorum fontes in voluntate, vel, ut aiunt, in corde positi: 1°. ex inordinato nostri ipsius amore, quo fit ut susceptas semel opiniones pertinaciter tueamur; res omnes commodis nostris metiamur, atque de iis sine maturo examine judicemus. hinc præjudicatæ opiniones in gratiam patriæ, urbis, instituti parentum, amicorum.

2°. ex infenso in alios animo vel invidiâ, quibus fit ut non vitiis solùm, sed alienis etiam virtutibus; et meritis obrendamur.

3°. ex famâ et auctoritate loquentis. qui enim dignitate, opibus, potentiâ, maximè ingenii

aliqua eruditionis fama cæteris præcellunt, his fulgoribus adeo nostros perstringunt oculos, ut quæ ab ipsis asseruntur, statim indubitata credamus, cùm tamen ipsum non nisi fortè rerum rei examen accensum præbere debeat.

Tandem ex sermonis leporibus et eloquentiâ, quorum tanta vis est, ut omnem ad se mentis attentionem rapiant, accensum quæ extorqueant; etsi persæpe sit nihil causæ quin accedere, quod magnifico verborum, gestuum, ac sententiarum apparatu ornata prodeat.

Logica pars quarta:

De Methodo.

Methodus est actus mentis cogitationes, judicia, ratiocinia ordinantis ad inveniendam veritatem, aut aliis manifestandam; ergò duplex est methodus, analytica et synthetica.

Analysis est methodus quâ mens objectum aliquod cognoscendum resolvit

in partes multas, ut eas sigillatim exp
endat; id circò dicitur methodus resolutionis
et divisionis. illa methodus à magis
compositis ad res simpliciores procedit.
Synthetica ut methodus qua Objectum ali
quod in partes divisum integrat, pas partes
sorsim examinando adjungit; id eò que metho
dus compositionis appellatur. à simplicibus
ad composita gradatim assurgit, à primis
iis ad consectaria prolabitur, donec tandem
posita quæstionis veritas eluceat.
Leges utrique methodo communes.
prima. plurimis ab infantiâ et puritiâ
imbuti sumus opinionibus quas cùm ante
plenum rationis usum amplecti fuerimus,
ea non possunt falsa aut incerta à pho
ostimari nec tam judicia aut sententia
quam præjudicia sunt appellanda; cùm
deinceps adolescimus, donec ad maturam
ac firmatam deveniamus ætatem,
nedum corrigantur, quod facilè quis que
putaret, imò magis confirmaretur. —

plurima namque sunt, quæ à naturâ
edidicisse aut quibus notionum
communium nomen imponimus, omni
que hominiinnata putamus, quæ revera
aliud nihil sunt nisi præjudicata alatis
immaturâ opiniones.

Iderirò ad examen revocanda sunt res
naturales, vel ipsâ certissima putantur,
quasi de iisdem dubitaremus, quod dubi
tandi methodus nominatur; nulli que
propoœni, nulli que sententiæ quamvis
communi adhærendum, nisi formatu
rum examen cognoscatur adeoque motivum
assensûs certissimum, quem assensum
non nisi reclamante conscientiâ dene
gare possimus.

Secunda: inicijatur semper à facili
ribus magis que obviis, ut indè grada
tim ad difficiliora procedatur; ne
nimiâ difficultate mens obruatur aut
à cognoscendâ veritate fastidio aver
tatur.

Tertia: cùm longior est propositionum series, maximè cavendum ut posteriores cùm superioribus evidentiâ nexu, quoad fieri potest, conjungantur, semper que committatur evidentia. Sæpiùs enim accidit, ut mens quædam negligat, aut velociùs prætergrediatur, sic que certis incerta, evidentibus verisimilia misceantur.

Quarta: quæ primis cognitu sunt generali quodam intuitu, recensenda sunt, ne forte quædam sint contradictoria, vel quædam necessaria fuerint prætermissa; cùm que ob causam pars quædam veritatis cognoscenda ad summum, non integra veritas perspiciatur.

Leges Synthesi seu docendi methodo Speciales.

Prima Synthesis cùm ordiatur à simplicioribus, ut ad composita magis progrediatur, quæ possent esse obscura sedulò definiat, dividat æquivoca, nullis —

utatur terminis nisi nota significationis.

Secunda: rerum definitiones, quamvis ab omnibus receptæ, quamvis antiquitate vel auctorum famâ venerabiles, non admittantur, nisi prius ad naturum examen fuerint revocatæ; quemadmodum et axiomata non recipiantur, nisi priùs eorum constiterit evidentia.

Tertia: curandum maximè ut sensus propositionis demonstrandæ determinetur nihil que ad probandam quæstionem adhibeatur nisi definitiones vel axiomata examine recepta, vel propositiones jam demonstrata.

Quarta: singulis in disputationibus sicut in variis disciplinarum partibus ea primùm tractentur, aut proponantur, quæ naturâ duce cæteris præire debent. ordini naturæque nihil adversatur magis, quàm ea primo loco ponere, quæ aliorum sunt consectaria

Atque hac sunt quæ de Logicâ tractari
dâ duximus. Faxit Deus optimus et
maximus ut eam ad majorem dei gloriam
adhibeamus.

Finis Logicæ.

Finem Logicæ fecimus die 14ª mensis
Januarii anno 1780.

index Logica.

De Phia prolegomenis ..... p. 1.

caput 1um.

De vocibus in Phiâ magis usitatis.

De ideâ ..... 2.

De Judicio ..... 2.

De ratiocinio ..... 2.

De Termino et variis Terminis ..... 3.

De propositione ..... 4.

De argumentatione ..... 5.

De Inthimemate ..... 5.

De Sillogismo ..... 5.

caput 2um.

De Phia Definitione ..... 8.

propõo 1a.

Phia quoadem ipsam &c ..... 9.

Solvuntur objectiones ..... 11.

caput 3um.

De regulis Veritatis ..... 15.

Quæstio 1a.

quotuplici viâ generatim omnis cognitio haberi potest.

propõõ.

Duplici tantùm viâ &c. ..... 16.

Quæstio 2ã.

quænam sit regula veritatis pro quâlibet cognitionis specie ..... 18.

articulus 1us.

De regulâ veritatis adhibendâ in cognitionibus juris ..... 19.

propõõ 1ã.

Datur Evidentia formalis ..... 20.

propõõ 2ã.

Evidentia formalis posit &c ..... 20.

propõõ 3ã.

Evidentia formalis est regula &c .. 22.

Solvuntur objectiones ..... 24.

articulus 2us

De regulis veritatis in cognitione factorum adhibendis ..... 30.

Sectio 1ã.

De regulâ veritatis adhibendâ in in rerum cognitione quæ geruntur intrà nos ..... 30.

De Sensu intimo . . . . . 91.
De Sensuum Testimonio . . . . . 95.
De Legitimo hominum Testimonio . . . . 69.
De recordatione . . . . . 91.
De Divinâ revelatione 98
De Phia objecto . . . . . 115.
De Divisione Phiæ . . . . . 118.
De objecto Logica . . . . . 126.
De ideis et idearum Signis . . . . . 127.
De naturâ idea 127
De idearum objecto . . . . . 132.
De idearum subjecto . . . . . 154.
De idearum Claritate . . . . . 155.
De idearum distinctione . . . . . 162.
De idearum Veritate . . . . . 165.
De Signo in genere . . . . . 170.
De idearum Signis . . . . . 171.
De gestu . . . . . 172.
De Scriptura . . . . . 172.
De Voce . . . . . 181.
De Termino . . . . . 181.
De comprehensione . . . . . 182.
De Extensione . . . . . 183.

De Suppositione . . . . . 183.
De oppositione Terminorum . . . . . 187.
De Verbo . . . . . 189.
De Judicio . . . . . 190.
De naturâ Judicii . . . . . 191.
De Judicii Subjecto . . . . . 203.
De propositione . . . . . 212.
De naturâ propositionis . . . . . 213.
De propositionum Modibus . . . . . 214.
De futuro contingenti et Libero . . . 241.
De conversione propositionum . 267.
De oppositione propositionum . . . . 278.
De contradictoriis propositionibus . . . 285.
De veritate et falsitate propositionum oppositarum . . . . . 290.
De æquipollentiâ propositionum . . . 297.
De ratiocinio . . . . . 298.
De argumentatione . . . . . 299.
De naturâ Syllogismi simplicis 309.
De regulis Syllogismi simplicis . 310.
De figuris Syllogismorum . . . . 330.
De modis Syllogismorum . . . . 331.
De Syllogismo compositio . . . . 336.

De Sillogismo conditionali .... 338.
De Sillogismo disjunctivo ..... 342.
De enumeratione Sophismatum .. 343.
De methodo ..... 348.
De Legibus methodo communibus 349.
De Legibus methodo Specialibus ... 351.

Finis indicis.

Ô virgo studiis semper adesto meis.

Divisio totius Logicæ.

Philia prolegomena dividuntur in quatuor capita: 1um exponet voces in philia magis usitatas, 2um philia definitionem, 3um regulas veritatis, 4um objectum et divisionem philiæ.

SX Sunt regulæ veritatis, Evidentia, sensus intimus, Testimonium sensuum, testimonium hominum, revelatio, et memoria.

Pars prima Logicæ.

Caput quod tractat de ideis et ideatum signis dividitur in quinque capita, 1um de naturâ ideæ, 2um de ejus objecto, 3um de ejus subjecto, 4um de ejus claritate, distinctione et veritate, 5um de signis ideatum disserit.

Articulus 1mi tractat de ideatum signis dividitur in tres partes, prima de gestu, 2a de scripturâ, 3a de voce disserit.

Logica pars secunda de Judicio dividitur in duo capita, primum de Judicio mentali, secundum de propone dispert.

pars de Judicio mentali dividitur in duos articulos, primus de naturâ Judicii, secundus de ejus subjecto Loquitur.

Caput de propone dividitur in duos articulos primus de proponibus, 2us de proponibus comparatè sumptis Loquitur.

articulus primus dividitur in Tres paragraphos quorum unus de naturâ proponis, alter de dotibus Loquitur et de Specie proponum.

Articulus qui de proponibus inter se comparatis Loquitur dividitur in 4 articulos primus de Conversione, 2us de oppositione 3us de veritate et falsitate propo num oppositarum, 4us de aequipollentiâ.

Logica pars Tertia de ratiocinio et Argumentatione

pars hæc dividitur in duo capita
unum de ratiocinio, alterum de argu
mentatione disserit.

Articulus qui tractat de Syllogismo
simplici dividitur in quatuor partes,
prima de natura Syllogismi, 2a de
ejus regulis, 3a de ejus figuris, 4a
de modis.

Articulus qui tractat de Syllogismo
composito dividitur in tres, primus
de Syllogismo copulativo, 2us de condi
tionali, 3us de disjunctivo disserit.

Logica pars 4a de Methodo

Duplex est methodus, analithica et Syn
thetica, hæc pars dat Leges utriqne
methodo communes, et Leges Synthesi
seu docendi methodo speciales.

Finis Divisionis
Logicæ.

Le 22 Juin 1780.

963.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

965.